



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

Speranza, Giuseppe

Coloniæ Agrippinæ, 1659

Index Ad Conciones, Tam De Dominicis Quam De Sanctis, Per Totum
Annum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44265

INDEX
AD CONCIONES,
TAM DE DOMINICIS,
QUAM DE SANCTIS,
PER TOTUM ANNUM.

Prior numerus paginam, posterior columnam indicat.

DOMINICA I. ADVENTVS.

Luc. 3.



ERUNT signa in Sole,
& Luna, & stellis, &c.
Nam virtutes calorū
mouebuntur. Hugo
Card. id est, horrebunt:
quia sicut aliquis manens in

supercilio montis, si vicum, vel civitatem aliquam viderit perire incendio, vel absorberi terræ hiatu, naturaliter horret, licet sciat, incendium ad se non posse ascendere: ita etiam electi videntes sub se reprobos cruciari, naturaliter quodam horrore movebuntur. Hieron. Quid faciet virgula deferti, ubi conuenitur editus Paradisi? Beda. Virtutes calorū, id est, angelicæ Potestates tremunt, id est, mirantur adventum eius; unde Job: Columna cali contremiscunt, & pavent ad nutus eius. Chrysof. Si Rex terrenus processurus contra aliquem, expeditionem mandat in populo, dignitates omnes moventur, exercitus excitatur, tota civitas fervet: quanto magis Rege cali

Speranza Scriptura selecta.

exurgente iudicare vivos, & mortuos, angelicæ Virtutes contraventur, terribiles ministri terribiliorem Dominum præcedentes, Cherubim, & Seraphim præparantur ad sedem, vivus, & rationalis thronus, nec enim potest esse res mortua, quæ baiulat vitam. Ante ipsam pro candelabris fulgura viva procedunt, & pro cubis horrenda tonitrua. Verè magna vox, cui omnia obediunt elementa, quæ petras scindit, Inferos aperit, vincula mortis disrumpit. Huc facit totum Punctum 132. De horrore Iudicis, & Iudicij. pag. 414. 2.

Item: Erunt signa in Sole, non Sol in signis, hoc est, iusti Iudice sine Iudice. Hugo Card. Tunc neque divites divitibus profunt, nec parentes pro parentibus intercedunt, nec Angeli, sicut solebant, pro hominibus faciunt verbum: quia non recipit natura iudicij misericordiam. Punct. 133. De rigore Iudicis, & iudicij pag. 419. 1.

Item: Erunt signa in Sole, & Luna, & stellis. Euseb. Vice sensibilem luminarium ipse Christus fulgebis quasi iubar, cuius erit tanta Numinis virtus, & gloria, ut Sol, qui nunc radiat, & Luna, & cætera sidera, adventu majoris luminis occultentur. Punct. 134. De Iudicio,

a quod

Hugo Card.

Hieron.
Beda.

Iob. 26.
Chryf.

Hugo Card.

D. Thom. in
Casen.

Index ad Conciones.

Isa. 24.

quod de his fiet, qui fidei spiritum profertur. 422.1.

Item: *Erunt signa in Sole, & Luna. Luna Erubescet Luna, & confundetur Sol, cum regnaverit Dominus exercituum.* Hugo Card. q.d. Confunderetur ex rubore propter peccata vestra. Punct. 135. De confusione impiorum in die Judicij. 424.1.

Arescentibus hominibus pro timore, & expectatione, qua superuenient universo Orbi. Punct. 136. Quod timor Judicij utilissimus est. 427.1.

His autem fieri incipientibus, respicite, & levate capita vestra, &c. Punct. 137. De timore iniquorum, & spe justorum tempore Judicij. 429.1.

Videte ficulneam, & omnes arbores, &c. Sed hunc diem veluti adhuc distantem non times? Punct. 130. De horrore Judicij super peccatorem in morte. 403.2.

Huc faciunt plura sequentis Puncti. 406.1.

Erunt signa in Sole, & Luna, & stellis. In Christi Passione fuerunt signa in Sole, Luna, & stellis sese obscurantibus. Et obscuratus est Sol: Idem Evangelista cap. 23.

Huc facit Punctum de tenebris. 699.

Cælum & terra transibunt, non quoad substantiam, sed tantum secundum accidentia, nam erunt sine moru. Ita in Passione Domini renovati sunt cæli, & terra. Cælum novum, & terram novam ego facio. In Puncto 29. pag. 699. Item in Puncto 32. 444.1. & seq.

Isaia. 65.

Apoc. 1.

Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nube. Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & quem pupugerrunt, & compunxerunt. Videbunt Christum, quem crucifixerunt, & clavis foderunt, & lanceâ. Vide Punctum. 37. De quinque plagis. 662.

DOMINICA II. ADVENTUS.
Math. 21.

Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi. Punct. 47. Quam sit bonum tribulationes pati, & gloriosum adversa æquamiter ferre. 82.1. & sequent. ubi fuse de tribulationibus.

Arundinem vento agitatam? Punct. 17.

De bonis cogitationibus, ac propositis opere exequendis. 58.2.

Quid exisitis in desertum videre? arundinem? Lege Punctum 21. ubi plura de hac re. 622.2.

Sed quid exisitis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce, qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt. Plura de aulicis, qui in domibus Regum, Principumque versantur, habes in Punct. 9. 568.2.c. & seqq.

DOMINICA III. ADVENT.
Ioan. 1.

TV quis est? & confessus est, & non negavit. De humilitate, sui que cognitione in Punct. 150. De beneficiis Incarnationis, &c. 468.1. & seq.

Item: *Tu quis es?* Sic cum August. in D. August. interroganda sunt creatura, ut per has in cognitionem Creatoris deveniamus. Punct. 120. De cognitione Dei per creaturas. 375.1.

Non sum ego Christus. Elias es tu? Non sum. Propheta es tu? Non. &c. Ut jactantiam fugit! Punct. 21. De jactantia. 80.2.

Ego baptizo in aqua. Baptismo habeo baptizari. Passio Christi vocatur Baptismus, & ipse admodum cupit lavari aqua passionum, & quam alij vocant torrentem, vel mare, ipse calicem dicit. Punct. 14. 588. .c.

Medius autem vestrum stetit, quem vos nescitis. Si cognovissent, nauquam Dominum gloria crucifixissent. Si nos cognoscimus eum, & peccamus: ergo sumus peiores Judæis iterum Iesum crucifigentes, ac condemnantes. Punct. 25. 652.1.

DOMINICA IV. ADVENT.
Luc. 3.

A Noo quindodécimo, &c. Factum est verbum Domini. De verbo Dei, in Præfatione.

Erunt prava in directâ, & aspera in vias planas. Quam facilis post Christi adventum facta sit via cæli. In Punct. 150. De beneficio Incarnat. 468.1.

Anno quindodécimo imperij Tiberij Cesaris, Pontio Pilato Indam, &c. Pilatus Iesum ad

Index ad Conciones.

ad Herodem mittit, qui cum exercitu suo Christum spreuit, iaduitque veste alba. Punct. 16. 600. 2. Pilatus ob rationem status Christum occidi fecit. In Puncto 24. multa faciunt ad hoc 646. 2. & seq.

Sub Principibus Sacerdotum Anna, & Caipha. Certe sub his malis Sacerdotibus factum est verbum Domini. Unus prophetavit, ut moteretur unus homo, ne tota gens periret. In alterius demo Christus alapam accepit. Punct. 8.

563. 2.
Factum est verbum Domini super Ioannem. In Passione Salvatoris nostri dicere possumus: Factum est verbum Domini in manu, non prophetarum, sed in manibus Judaeorum, qui & manus extendunt. & percutiunt. Punct. 14. pag. 588. i. Non super Ioannem, sed in Principibus Sacerdotum, sub Scribis, & Phariseis.

Videbitis omnis cara salutare Dei in Cruce positum Punct. 27. Per Christi Passionem salvamur. 662. 1.

IN DIE NATIVITATIS Domini.

Punct. 150. De beneficiis Incarnationis, Nativitatis, &c. 468. 1.

Ascendit in Bethlehem. Bethlehem praelegit nativitati, Ierosolymam passioni. Quemadmodum fatur D. Leo serm. 1. de Epiphania: Nascitur media nocte, qui media die moritur. Reclinavit eum in praesepe: quia non erat ei locus in diversorio. At in Cruce Filius hominis non habet, ubi caput reclinet. Quor palca, tor cruce, Angeli tunc cantarunt: nunc Angeli pacis amare stent. Cognovit tunc bos possessorem suum, & asinus praesepe Domini sui, nunc in medio duorum animalium, latronum, scilicet, cognoscitur. Punct. 27. De crucifixione. 662. 1.

DOMINICA INFRA OCT. Nativit. Domini. Luc. 2.

Ecce hic positus est in signum, cui contradicetur. Punct. 51. Tribulationes perferre, iustorum, Christianorumque est. 190. 2.

Quae non discedebat de templo. Punct. 6. De perseverantia in Oratione. 34. 2. Ecce hic positus est in signum, cui contradicetur. Vide, quando magis positus in signum, quam nunc. 589. 1.

Posuit me quasi signum ad sagittam, Et Threnas, tuam ipsius anima pertransibit gladius. 694.

IN DIE CIRCUNCISIONIS Domini.

Punct. 150. De beneficiis Incarnationis, Nativitatis, & Circuncisionis. 468. 1. & sequent.

Postquam consummati sunt dies octo, in Passione, Consummatum est omne tempus vitae Christi.

Vt circumcideretur puer. Verbum caro factum est. Medicus iste, ait Augustinus in 1. Ioan. tibi fecit collyrium, ut de carne vitia carnis extingueret: & effudit sanguinem in aegroti medicamentum Punct. 4. Sudor sanguineus. 545. 2.

IN EPIPHANIA DOMINI.

Punct. 25. De divina misericordia in peccatores. 101. 1. Item Punct. 155. De beneficio justificationis. 487. 2.

Obtulerunt ei munera, aurum thus, & myrrham. Punct. 1. De gustu, quem Deus percipit ex oratione. pag. 1. & in Punct. 5. Quod oratio est idem, quod amor. De mortificatione autem fusc. Punct. 105. 307. 2. & seq.

Vbi est, qui natus est Rex Iudaorum? Vidimus enim stellam eius. Ubi Augustinus serm. 2. de Epiphania: Apud eos isti infantem invenerunt, quem illi apud senegaverunt. In his terris de longinquo isti peregrini puerum Christum nondum verba promentem adoraverunt, ubi cives illi juvenem miracula facientem crucifixerunt: quasi plus fuerit videre novam stellam in eius nativitate fulgentem, quam Solem eius in morte lugentem. Omnes creaturae lugent in Passione. Punct. 29. 699.

Herodes turbatus est, &c. S. Fulgentius Fulgent. serm. 6. Epiphaniae: Venit, non ut pugnet vivus, sed ut triumphet occisus. Punct. 27. 662. 1.

D. Leo.

Index ad Conciones.

Filman.
Ionn. 19.

Cant. 5.

Psal. 138.

Cant. 5.

Cant. 1.

In aperitis thesauris suis, obtulerunt ei muna, aurum, thus, & myrrham. Quid est, aperitis thesauris: Quinam sunt hi thesauri? Odo de Morim apud Godefridum Tilmannum in Allegoriis, ait: Plures legimus aperientes: Currens unus ex militibus, lancea latus Iesu aperuit: & continuo exivit sanguis, & aqua. Et Sponsa in Canticis: Surrexi, inquit, ad aperendum dilecto meo. Et Propheta: Os meum aperui, & attraxi spiritum. Qui os suum aperit, & attrahit spiritum, offert aurum. Spiritus est Deus, & caput eius aurum optimum. Thus offert, qui latus aperit: in ara enim Crucis instar thuris fragrantissimi caro Christi dedit odorem suum. Aperientis dilecto manus destillat myrrham, & myrrham offert.

Nunc caput, quod aurum optimum est spinis coronatur, ut Rex, ut Sacerdos, immo ut thuribulum undique perforatum halat odorem suavissimum Deo Patri. Ut homo mortalis myrrham habet, quæ nunc ei offertur ad Dominicam eius sepulturam signandam Punct. ult. 768.

DOMINICA INFRA OCT.
Epiphaniæ Luc. 2.

Chrysof.

ET non inveniunt, regressi sunt Ierusalem, & invenerunt illum in templo. In eos, qui Deum in templo non inveniunt, sed amittunt Chrysofom. Multi ad formas mulierum aspiciendas in Ecclesiam veniunt. Oporteret quidem interiore pariete à mulieribus disseparrari, sed quoniam non vultis, necessarium esse Patres nostri putaverunt, saltem his ligneis parietibus vos disseparrare. Punct. 18. De reverentia in oratione, ejusque domo. 641.

Beda.
Græcus apud
D. Thom. in
Cant.

Et mater ejus conservabat omnia verba hæc in corde suo. Quali ruminanda, subdit Beda, & diligentius scrutanda recondedat. Græcus: Considera prudentissimam Mariam, veræ sapientiæ matrem, qualiter scholaris sit pueri: non enim ut puero, sed ut Deo vacabat, ulterius & illius voces divinas, & opera reputabat, & in corde suo quodammodo fovebat. Punct. 60. De quotidiano recessu post peracta negotia. 213. 1.

Remansit puer Iesus in Ierusalem, &c. & requirebant eum. Isti Sancti, Joseph, & Maria, querunt, quomodo inveniant illum: Judæi querunt, quomodo amittant, ac perdant. Principes autem Sacerdotum, & seniores persuaserunt populo, ut peterent Barabbam, Iesum verò perderent. Ubi Glossa: Quæ sua perditio hodie etiam hæret eis, amissâ gente, & loco, & libertate: quia datorem libertatis perdere voluerunt. Punct. 17. 604. 1.

Inter cognatos, & notos: & non inveniunt, &c. Inter istos sæpè amittitur Iesus: Discipulus autem ille erat notus Pontifici. Exivit ergo discipulus alius, qui erat notus Pontifici, & dixit ostiaria. Et introduxit Petrum. Dixit ergo Petro ancilla, &c. Dicit ille: Non sum. Dixit unus ex servis Pontificis, cognatus ejus, cujus abscidi Petrus auriculam. Ergo notitia illa obfuit Petro, dum ab ancillâ, & cognato illo interrogatur, & negat Christum: non notitia Joannis: sed ancillæ, & aliorum, videntium ejus timiditatem.

Reversi sunt in Ierusalem requirent eum. Ubi invenietur nunc Christus, nisi in Ierusalem, in Galvario, in Cruce? Drogo. Circuire possum caelum, & terram, aridam, & mare, & nunquam te inveniam nisi tantum in Cruce. Ibi dormis, ibi pascis, ibi cubas in meridie. lib. de Passione. Circumibo civitatè: per vicus, & plateas quarum, quem diligis anima mea: quæsvi, & non inveni. Invenies in Cruce. Invenerasse illum sedentem in medio Doctorum. 744.

Christus in Cruce, tanquam in cathedra. 744.

DOMINICA II. POST
Epiph. Ioan. 1.

ET deficiente vino, &c. Vinum non habent. Ut insufficientiam rerum omnium creaturarum, deliciarum, dignitarum, divitiarum describerem, omnibus subscriberem: Vinum non habent. Salomon. Quis ita vorabit, & deliciis affluet, ut ego: Cogitavi in corde meo abstrahere à vino carnem meam, vel Hebr. Trahere in vino carnem meam, hoc est, diu versari in deliciis carnis, & Heb. 1. illis diu immorari. Feci mihi cantaricos, Tral. ibid. Alij: Instrumenta musica diversa, & scyphos, Alij, & arceos.

Index ad Conciones.

Vetus editio.
et urecos in ministerio ad vina fundenda. Vetus editio: Ministros, & ministros, id est, pincernas utriusque sexus, Alij: Fistulas, & canalia. Chaldzus fistulas intelligit of-fundentes aquas calidas, ac tepidas. Aliusio ad antiquas cellas calidarias.
Sed raudem, Viti in omnibus vanitatem, & afflictionem animi. q. d. deficiente vino, vinum non habent.
Chryf. hom. 66. ad pop. Antioch.
 Chrysof. de Imperatore, ac Rege: Non diadema respicias, sed curarum tempe-statem, per quam ipsi corona paritur. Neque purpuram intueri. sed animam & ipsa purpura magis nigrescentem. Ne ita corona caput circumdat, sicut animam sollicitudo. *Vinum non habent.*
Joel 1. Expergite viti, viti, & stete, & ululate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam perit ab ore vestro. Nota, perijt. Vi-num non habent. Sed o quam Meliora sunt ubera tua vino terrenarum consolatio-num! hoc enim ex botris exprimitur, ac modicum, inquit Bernard. Sed verba cum exhausta fuerint, rursum de fonte materni pectoris sumunt, quod propi-nent. Ephrem: Contine undas: elongare, Domine, aliqua autulum a me: quia imbe-cillitas mea tam grandem sustinere ne-quit dulcedinem. Punct. 65. Aqua horum bonorum temporalium cordis humani sitim non extinguit, &c. 134. 2.
Nuptia facta sunt in Cana. Interpretatur Cana, id est, arundo. Multa in punct. 22. pag. 639. Et his saccharum.
Nuptia facta sunt. Sponsus in Passione fuit Christus, sed sponsus dolorum. Egredimini, filia Sion, & videte Regem Salomo-nem in diadmate, quo coronavit eum mater sua in die dispensationis. Punct. 21.
Et erat ibi Mater Iesu. Maria juxta Cru-cem mater nostra.
Quid mihi, & tibi est, mulier? Mulier ecce filius tuus. Nondum venit hora mea. Cum vita praesenti finiam opus, quod ceppi: vulneratum me, & morientem recipies. Rupertus Abb. in Ioan. 2. Vide Punctum. 8. 563. 2.
Implete hydrias aqua. Nam sanguis, & aqua erumpent ex vulnere lateris,

Chryfolog. serm. 5. de Epiphania. Sed *Chryf.*
 aqua in sanguinis erat convertenda my-sterium, ut mora pocula de vase Corpo-ris sui Christus bibentibus propinaret.
Hoc fecit intum signorum Iesus. Immo & finem. In aqua incepit: in aqua finivit. Tertullianus annuit: & Hieronymus Tertul. epist. 83. ad Oceanum: Qui ab aquis Hieron. cooperat, finivit in aquis. Vide Punctum ult. 768.

DOMINICA TERTIA POST Epiph. Matth. 8.

ET ecce leprosus. Chrysof. Lepra est pec- *Chryf.*
 carum animarum nostrarum: ideo Dominus de altitudine caeli, quasi de ex-celso monte, descendit, ut lepram pecca-torum nostrorum mundaret. Punct. 157. Peccatum summa est abominatio. 508. 1.
Adorabat eum, dicens: Domine, si vis, &c. Chryf. Spirituali Medico spiritualem offerebat mercedem: nam Medici pecu-niis, iste oratione placatur; nihil enim dignius offerimus Deo, quam orationem fidelem. In hoc autem, quod dicit, si vis, non dubitat Christi voluntate ad omne opus bonum paratam: sed quia non omni-bus expedit corporalis integritas nescie-bat, utrum ei expediret curatio illa. Dicit ergo: si vis, ac si diceret: Credo, quia quod bonum est, vis, ignoro, autem, si est mihi, quod desidero, bonum. Punct. 63. Quid, & quomodo postulandum. 219. 2.
Domine, puer meus jacet in domo paralyti-cus, & male torquetur. In quo apparet, quia diligebat eum, inquit Chryf. Nam unusquisque, quem diligit, est modice fuerit taediarus, gravius eum putat habe-re, quam habet. Rabanus: Omnia ista cum dolore cognominavit, & jacentem, & paralyticum, & male detentum; ideo ut anima sua angustias demonstraret, & dominum commoveret. Sic debent omnes condolere servis, & eorum curam habere In Punct. 81. De elemosyna affe-ctus, & compassionis. 261. & Punct. 89. 2. De visitandis infirmis. 277. 1.

Index ad Conciones.

Ibi erit fletus, & stridor dentium. Fusè de Inferno. & seq. 432. 2.

Et ecce leprosus. Mundabatur lepra sanguine passivis: mandatur verò peccatum sanguine Christi. Inimò, ut nos mundaremur, ipse sese ostendit quasi leprosum, & percussus à Deo, & humiliatum. Sed & li-vore ejus sanati sumus. Vide Puncta 13, & 14. 585. 1. 588. 1.

Isaia 53.

Luc. 23.

Accessit ad eum Centurio, rogans eum, &c. Videns autem Centurio, quod factum fuerat, glorificavit Deum, dicens: Verè hic homo justus erat. Una ex ovibus illius erat, quæ vocem agnovit pastoris. 669. 2.

DOMINICA QUARTA
post Epiph. Matth. 8.

ET ecce motus magnus factus est in mari. Punct. 1. 6. De perturbationibus passionum. 321. 1.

Origen.

Isaia 51.

Item: Et ecce motus magnus factus est in mari. Orig. Hæc tempestas non ex se orta est, sed potestati paruit imperantis, qui educit ventos de thesauris. Isa. 51. Ego Dominus qui conturbo mare, & intumescunt fluctus ejus. Punct. 1. De gustu, quem Deus percipit ex oratione. Item Punct. 38. De oratione tribulatorum. 363. 2.

Domine, salva nos, perimus. Punct. 22. De confidentia in oratione. 90.

Quid timidi estis, modica fidei? Punct. 23. Quantum Deo displiceat diffidètia. 94. 1.

Item: Quid timidi estis, modica fidei? Punct. 28. De fiducia erga Deum in tribulationibus. 124. 1.

Glossa.

Ascendente Iesu in naviculam, secuti sunt eum discipuli ejus. Glossa mysticè: Mare, ætus sæculi. Navicula, Crux Christi, cujus beneficio ad litus patriæ celestis venimus, in qua unà Christus eum suis passus est. Unde post ait: Qui vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Dormit, dum illi navigant, quia illis sæculum calcantibus, & ad cælum tendentibus tempus subitò Dominicæ Passionis advenit, quam Marcus etiam per horam Solis ad occasum euntis significat, dum dicit hæc imminente nocte gesta fuisse. Suscitant eum, dum visâ morte resurrectionem

querunt, ne eo duriùs sopito, mens eorum pereat. Suscitarus increpat de parvâ fide, dicens: O stultus, & tardus corde ad credendum! Nonne sic oportuit pati Christum? *Luc. 24.* Ventum, id est, Diaboli superbiam stravit. Aquam sedat, id est, rabiem Judaici populi labefecit.

DOMINICA QUINTA
post Epiph. Matth. 13.

Vis, imus, & colligimus ea? Et ait: Non Punct. 25. De divina misericordia in peccatores. 100. 1. & Punct. 26. Quòd Deus misericordiâ magis utitur, quem justitiâ. 110. 1.

Et in tempore messis decem messoribus: Colligite primum zizaniam, &c. Punct. 27. In eos, qui Dei misericordiâ abutuntur. 119. 2.

Et alligate ea in fasciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreum meum. Punct. 143. Anathesis Inferni, & Paradisi. 449. 2.

Simile factum est regnum calorum homini, qui seminavit bonâ semen in agro suo. Christus seminator casti consilii. Intimicus homo, Diabolus feminator discordiarum, proditionum, malorum seminum. Et cænâ factâ, cum Diabolus jam misisset in cor, ut traderet eum Judas. Semen zizaniorum proditionis Punctum 6. 551. 1.

DOMINICA SEXTA POST
Epiph. Matth. 13.

Simile est regnum calorum grano sinapis. In Præfat. De efficaciâ verbi Dei.

Simile est regnum calorum grano sinapis. Gregor. lib. 19. Moral. Christus granum Gregor. fuit sinapis, quod in agro seminatum fuit, cum ille à populo comprehensus, & morti traditus, tanquam in agro fuit satione quadam corporis conspultus. Granum fuit, cum moreretur: unde & dicebar de seipso: Simile est regnum calorum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo. Glossa: Quo accepto homo misit in hortum suum: quia corpus crucifixi Salvatoris accipiens Joseph in horto sepelivit. Unde & appositè Chrysolog. serm.

Index ad Conciones.

ferm. 99. Christi est regnum caelorum, qui velut granum sinapis in hortum virginici corporis missus, orbe toto Crucis in arborem crevit, ac tantum dedit fructus sui saporem, cum teritur passione, ut quicquid est vitali suo saporaret, & condiret attractu. Nam sicut in integritate grani sinapis, sinapis virtus habetur occulta, apparet verò virtus ejus vehementissime, si teratur: ita Christus corpore terri voluit, qui suam noluit latere virtutem. *Isaie 53. Dominus voluit eum contere in infirmitate Pagninus, contundere.*

Simile est regnum caelorum fermento. Christus in manibus Synagoga, veluti massa frumenti fermentandi. Chrysol. ferm. 100. Ut mulier, quae corruperat fermento mortis in Adam totam massam generis humani, fermento resurrectionis toram carnis nostrae massam redintegraret in Christo. Quasi dicat: Caro Christi, veluti compacta tunitionibus, pugnis, &c. postea in cardopo sepulchri conderetur tri-duo. Vide pag. 676. 2.

DOMINICA SEPTUAG.

Matth. 20.

EXiit primo mane, hora tertia, sexta, nona, & circa undecimam Punct. 102. Cujuscunque aetatis, & conditionis hominibus Deus inspirationes immittit. 304. 2. Suprà, & infra de Inspirationibus. 304. 2. *Voca operarios. Punct. 148. Pro aeterno praemio laborandum, &c. 458. 2.*

Multi sunt vocati pauci vero electi. Punct. 142. De paucitate salvandorum. 447. 1.

Exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Isaie 5. Vineam enim Domini exercituum, domus Israel est: & vir Iuda, germen ejus delectabile: & expectavi, ut faceret iudicium: & ecce iniquitas: & justitiam: & ecce clamor. Non fecit iudicium rectum rejiciendo Salvatorem, & postulando Barabbam. Expectavi, ut faceret justitiam, Christum suscipiendo, (ita Interlinearis) & ecce clamor. Tolle, crucifige eum. Punctum 17. 604.

Hi novissimi una hora fecerunt. Qui tota die fuerunt otiosi? Fures, & latrones. Chrysol. hom. 3. Operis imperfecti: Vis ergo non esse otiosus? non aliena tollas,

& de tuis da, & operatus es in vinea Domini, misericordiae vitem colens. Igitur latro in cruce, qui semper aliena rapuit, stetit otiosus. Vide Punct. 31. pag. 722. 2. Qui una hora laborando in confessione suorum delictorum, & in conversione alterius, accepit denarium, & ut ita dicam, caelorum regnum, quod vim patitur, furatus est.

DOMINICA SEXAGESIMAE.

Luc. 8.

Qui habet aures audiendi, audiat. De attentione audiendi verbum Dei, in Praefatione.

Item: Qui habet aures audiendi audiat. O quam multi aures habent, inquit Theophyl. sed non ad audiendum! Et Theophyl. Dominus per Prophetam: Qui loquar, & Jerem. 6. quem contestabor, ut audiat? Ecce in circuncis aures eorum, & audire non possunt. De Inspirationibus, ad Dei vocebus fuse à Puncto 98. ad 104. à pag. 295. 1. ad 306. 2. Quod autem in spinas cecidit, &c. De divitiis fuse à Punct. 73. usque ad 77. à pag. 236. 2. ad 242. 2.

Hi sunt, qui audierunt, & à sollicitudinibus, &c. In Punct. 9. plura de vanâ rerum sollicitudine 210. 2. & seq.

Semen est verbum Dei, quod autem inter spinas cecidit. &c. Et simul exorta spina, & à Judæis implexa, pupugerunt illud. Punctum. 21. 630.

Quod supra petram, hi sunt, qui cum audierint, eum gaudio suscipiunt verbum. Ut fecit Herodes, qui viso Iesu, gavisus est valde. Sprevit autem illum Herodes cum exercitu suo, Luc. 23. veste albâ. Punct. 16. Luc. 23. 600. 2.

Quod autem secus viam, hi sunt, qui audiunt: deinde venit Diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salvifiant. Hoc etiam accidit: Nam crucifixo Domino, praterentes blasphemabant eum, moventes capita sua, & dicentes: Salva te metipsum. Ipsi nolunt salvi fieri, nec addunt: Er nos, Vnus autem de his, qui pendebant, latronibus, blasphemabat eum dicens: Si tu es Christus, salvum fac te metipsum, & nos. Vide Puncto 27. pag. 662. 1. Et pag. 778. spinæ, quæ suffocant sementem.

DOMI-

Isaie 51.
Pagnin.

Chrysol.

Isaie 5.

Interlin.

Index ad Conciones.

DOMINICA QVINQVAG.

Luc. 8.

Ecce ascendimus Hierosolymam. Punct. 154. De Passione Domini meditando per viam compassionis, contritionis, ac imitationis. 492 2.

Quid tibi, vis, faciam? Domine, ut videam.
Hic in bonum optabat lucem: & quam fatius plerisque, si oculis capri essent? *Oculus meus depredataus est animam meam.*
Alij: *Deturpavit animam meam.* Primum nanque totam deturpat, & postea depredataur. Chrysof. in hom. Quod periculosum est adire spectacula, quodque ea res adulteros saepe perfectos facit. Optarim, inquit, eos, qui heri ad spectacula discesserant, palam nosse, ut de sacris vestibulis arcerem. Et quid ad eod magni sceleris commissum est, inquit, ut ab istis facris cancellis arcerentur? Immo, quod delictum his gravius quaeris, cum seiplos plane adulterio contaminarint? *Qui viderit mulierem ad concupiscendam illam, jam macchatus est eam in corde suo.* Quod si mulier sponte, ac forte in foro obvia, & neglectius culta, saepe numero curiosius inuentem cepit ipso vultus aspectu: isti, qui non simpliciter, neque fortuito, sed studio, & tanto studio, ut Ecclesiam quoque contemnant, & hac gratia pergunt illuc, ac totum ibi desidentes diem, in facies foeminarum illarum nobilium defixos habent oculos; qua fronte poterunt dicere, quod eas non viderint ad concupiscendum, ubi verba quoque accedunt fracta, lascivaque, ubi cantiones meretriciae, ubi voces vehementer ad voluptatem incitantes, ubi stibio picti oculi, ubi coloribus tincta gena? &c.

Ecclesiastici 9. *Cum salatrice non assiduus sis, ne forte pereas in efficacia illius.* O efficaciam ad libidinem excitandam! Parec ex adultero Herode, qui, ut falsè risit Ambros. ad saltum puella dimidium regni obtulit, ad saltum alterum reliquum daturus. Saltet, saltet, inquit Ambros sed adultera filia. Et Chrysof. Ubi saltus lascivus, ibi Diabolus adest, his tripudiis Diabolus saltat. *averte faciem tuam à mu-*

Thren. 3.
Alij.
Chrysof.
tom. 1.

Matth. 5.

Ambros.
Chrysof.
Eccles. 9. 8.

liere contempta. Propter speciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. Item: *Virginem ne conspicias, ne scandalizeris in decore ejus.* Punct. Eccles. 9. 5.

114. De abnegatione visus. 345. 1.
Ecce ascendimus Hierosolymam. Tradetur enim Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, &c. De his loquitur, quasi de nuptiis, honoribus, dignitatibus, divitiis, & similibus. Punctum 14. Tractatus de passione, post medium, usque ad finem Puncti.

Tradetur. Non dicit à quo. Fortitè à Spiritu Sancto. Vide in Praefatione Domini amor in Passione.

FERIA IV. CINERVM.
Matth. 6.

Cum jejuniatis, nolite fieri sicut hypocritae, &c. Non erat certè per temulentiam adirus ad jejunium, ut ait Basilus. D. Basil. homil. 1. de laudib. jejun. nec ad sobrietatem per lasciviam: nam jejunator ad jejunandum temperantia praeparatur; secus velut ulciscens venit dies jejuniij. Fusc de jejunio. 285. 1. & seqq.

Nolite fieri sicut hypocritae, tristes. Punctum 20. De ficta hypocritarum oratione, & de hypocritis. 72. 1. De qua pluribus in locis. Vide verbum, *Hypocritis.*

Cum jejuniatis, nolite fieri sicut hypocritae, tristes: exterminant enim facies suas. Graecè, Graec. *obscurant.* Syriacè: *Cum autem jejuniatis, ne Syriac. sitis irati sicut acceptores vultus, deturpant enim vultus suos.* Quid significant, acceptores vultus, nisi homines personatos? Matthaeus cap. seq. *Hypocritae, sicut primum tradem, &c.* Syrus. *Acceptores vultus (personate) sic declarat.* Matth. 7. Syriac.

Christus ob spura, alapas, colaphos, spinam coronam, & sanguinem, non agnoscebatur. Iob. 2. illi amici. *Cum elevassent oculos procul, non cognoverunt eum.* Sic de Christo Isaias cap. 53. *Vidimus eum, Isaias 53. & non erat aspectus.* Pineda in Iob, c. 7. Pineda. Praefationis. Unde dicit Pilatus: *Ecco homo? Cur homof Quia non talis apparebat.* Iob. 2. 1. *Ego sum vermis, & non homo. idem ac peccator est. Cassiodorus: Afflictus, quasi* Cassiod. non

Index ad Conciones.

August.
Isaia. 1.
Hebr.

non esset homo. Augustinus: Quia Deus, non homo, est terminus infinitus. Unde Petrus: *Non novi hominem. Nec reputavi- mus eum.* A planta pedis usque ad verticem non est in eo sanctus. Hebraice: *Non est in eo forma humana.* Dicebat David in Psal. 50.

Psal. 50.

Averte faciem tuam à peccatis meis. Nunc talis est in Passione: *Aversa est facies ejus* ubi nos: *Abconditus vultus ejus* legit Cy- rillus Alexandrinus: *Aversa*, pro, confusa est, contempta, & non reputata. Pilatus enim misit Jesum ad Herode: misit ille, in- quit, cum nihil factum remissit, non enim reputavit esse Jesum. Contempta quo- que erat ejus facies, conjectis scilicet in eum sputis, & Pilati militibus eum pul- santibus, &c. Et hoc quare? Ut & mundi peccatum tolleret. Sic Cyrillus, q. d. Jesus talis non reputatus, n. e. ut homo agni- tus. Facies non agnoscebatur. Estne occi- put, an sinciput, quod ostenditur à Pilato, cum dicit: *Eecce homo!* *Aversa est certe fa- cies ejus* propter sputa, &c. eamque sic avertit à peccatis nostris. Punct. 23 643 2.

Isaia 53.
Cyrill. Alex.

Exterminant facies suas, immò Christi, ut ita dicam, & cooperiunt velo vultum illius, ne ulciscerentur aspectu solo. *Aspi- ce in me*, divine Salvator, & miserere mei. Punctum 12. 583.2.

ubi quod infirmum illius fuit, statim ap- paruit fortius omnibus hominib⁹, quan- do & moriens glorificat latronem, & ex- pirans inspirat Centurionem. In utero autem sic est, quasi non sit, sic Omnipot- tentis virtus vacat, quasi nihil posset, & Verbum æternum sub silentio se premit.

Dicit tantum verbo, &c. Christus primo verbo multos convertit. Punct. 30. De septem verbis. 704.

FERIA SEXTA POST
Cineres. Matth. 8.

Diligite inimicos vestros, Pater dimitte il- lis, &c. Pro se orando dicit: *Deus, Deus meus.* Pro hostibus, Pater, dicit D Pascha- sius. Idem Pater, quia pro persecutoribus exoravit, quod est nomen ad misericor- diam magis accommodatum.

Domine, memento mei, dum veneris in re- gnum tuum. Quare latro crucifixum Do- minum vocat, & ut Deum agnoscit? Theophylactus in Lucam: Agnoscebat bonitatem Jesu ex voce, quam fecit pro crucifigentibus: Pater dicens, *remitte eis.*

Et idem voluit lapidari, suffocari, ense caput amputari, &c. sed crucifigi, ut au- dierit: Pater ignosce illis. Chrysost. Chrysost.

FERIA QUINTA POST
Cineres. Matth. 8.

Aggressit ad eum Centurio rogans eum. Matth. 8. Punctum 59. Cujusque status hominibus est necessaria oratio.

Domine, puer meus jacet in domo paralyti- cus, & male habet. Sed Jesus pater meus jacet in sepulchro, & male torquetur. Plus in sepulchro torquetur, quam in Cruce, quia pro hominibus non patitur. Chryso- logus serm. 58. Crucifixus in Cruce, in edi- to coronam omnibus inimicis, & totà crudelitate spectantibus, & totà acerbitate observantibus mortem suscepit. Sepulchram patitur. Immo in utero Virgi- nis, dum ad nos non venit curandos, ex- tremè patitur, & ulera cruciatus ipsius Crucis. Guericus Abbas serm. 3. de An- nunc. Non sic in Cruce visus est infirmus, *Speranza Scripturæ selecta.*

Chrysolog.

Gueric. Ab.

SABBATO POST CINERES.
Marci 6.

Erat navis in medio mari. Quis jussit, ut navem Apostoli ascenderent, nisi Christus? Et statim coegit discipulos suos ascendere navim. Cur non in litore sinit eos habitare? Glossa: Ipse Dominus nobis insinuans, cum hi, qui virtutes ejus admira- bantur, Regem eum facere vellent, fu- git in montem orare, crucifixoribus au- tem promptus occurrit, ut scilicet parati simus ad adversa toleranda, cauti ad blandimenta, si ariserint. Puncta. 5. & 6. 549.2 351.1.

DOMINICA I. QVADRAG.
Matth. 4.

Dictus est Jesus à Spiritu in desertum, ut tentaretur à Diabolo. Fusè de Tenta- tionibus, pag 148.2. & seq.

De

De tentatione gula: pag. 285. 1. & seqq.

De tentatione ambitionis. pag. 221. 1. & seqq.

De tentatione avaritiæ. p. 231. 2. & seqq.
Matth. 27. Greg.

Tunc assumpsit eum Diabolus in sanctam civitatem. Tunc milites Præsidis suscipientes Jesum in prætorio. Ubi Gregorius hom. 16. in Evāg. Sed ecce cum dicitur Deus homo, vel in excelsum montem, vel in sanctam civitatem assumptus à Diabolo, mens refugit credere: humana hoc audire aures expavescunt: cum tamen non esse incredibilia ista cognoscamus. Certè iniquorum omnium caput Diabolus est: & hujus capitis membra sunt omnes iniqui. An non Diaboli membrum fuit Pilatus? An non Diaboli membra Judæi persequentes, & milites crucifigentes Christum fuerunt: Quasi diceret Gregorius. Ille duxit in montem: isti in Calvariæ locum. Ille supra pinnaculum templi, isti in Crucem. Unde statim subdit: Quid ergo mirum, si se ab illo permittit in montem duci, & tentari, qui pertulit etiam à membris illis crucifigi? &c. Crucis bajulatio Punctum 26. vel etiam 27.

idem.

Matth. 27.

Athanas.

Et dixit: Si Filius Dei es, mitte te deorsum, Illi erant dicentes: Si Filius Dei es, defende de Cruce, &c. Idè pulchrè Athanasius de Cruce, & Passione: Minime autem, inquit, credere volebat Judæos ille incredulitatis Magister Draco: sed Dominum mortem evitare cupiebat; non quòd discedere satageret; an posset ille seipsum salvare: sed ne aliis salus efficeretur, &c. Non enim ait, Medicus, eò quòd seipsum servat, declaratur Medicus; nisi simul & ægrotis artem suam exhibeat. Neque descendendo de Cruce voluit Filius Dei agnosci; sed ex eo, quòd in Cruce permaneret. Punct. 26.

FERIA SECUNDA POST I.

Dominicam Quad. Matth. 25.

*C*um venerit Filius hominis in maiestate sua, &c. Fusè de Judicio. pag. 414. 2. & seqq.

In Judicio omnes videbunt Christum.

clavis, & lancea perforatum, & maxime Judæi. *Aspiciunt in eum, quem confixerunt. Zach. 12.*

Tunc dicit malis. Esurivi enim; & non dedistis mihi manducare: sitivi; & non dedistis mihi bibere. Ubi Chryostomus serm. 1. de jejunio: Iesus crucifixus est, jejunavit in ligno. Hæc dies Parasceves est, qui pasceit, esurivi: qui potat, sitit. q. d. Esurit animas in Cruce; sitit potum lacrymarum: dicit: *Sitio.* Tu nec cibus, nec potas. *Nudus,* sine aliquo velo; & non cooperuisti me: *Infirmus.* Ubi Origenes: Et ne repures esse blasphemiam, infirmum dicere Christum, ipse enim ex infirmitate est crucifixus propter misericordiam, & ipse infirmitates nostras portat. *Et in carcere, & non visistis me.* Christus Dominus captus est à Judæis impiis; addit Bonaventura in Threnis (*in potantibus nostris*, id est, propter peccata nostra, *vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.* Nec ullo obsequio profecutus es Iesum, sane meditatione quidem. Nec etiam in pauperibus Christum esurientem, sitientem potasti, aut pavisti, quem recordatione passionis ejus, cibare, potare, vestire, visitare, eripere debuisses totis tuis visceribus, sanguine, honore, ore, re.

Chryost.

Origen.

2. Cor. 13.

Isaia 53.

Bonavent.

Thren. 4.

Isaia 53.

Statim post hos sermones incipit Evāgelistæ obsequium Magdalene; & Christi verba: *Opus enim bonum operata est in me, nam semper pauperes habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis.* Idè ante Passionem de istis operibus loquitur, ut bene notat Hieronymus.

Matth. 26.

Cum autem venerit Filius hominis, &c. Post biduum, ait. Pascha facturus, & tradendus Cruci, & illudendus ab hominibus, & aceto, ac felle potandus rectè præmittit gloriam triumphantis, ut secutura scandala pollicitationis præmio compensaret.

Cogita de adjuvando, liberando, emendo Christo, vel cum eo patiendo, & compatiendo, & etiam moriendo Punctis 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 18. 19. 24. & 35. in Tractatu de Passione. Ut possis audire: *Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esurivi, &c.*

FERIA

Index ad Conciones.

FERIA TERTIA POST I.
Dominicam Quad. Matth. 21.

Interavit Iesus in templum Dei, & eiciebat
omnes vendentes, & ementes, &c. Punct.
18. De reverentia in oratione, ejusque do-
mo. pag. 64. 1. & seq.

Item de avaritia quorundam, qui spiri-
tum profitentur. pag. 233. 1

Domus mea, domus orationis vocabitur.
Punctum 60. De quotidiano recessu post
peracta negotia. 213. 2

Et cum intrasset Ierosolymam, intravit Ie-
sus in templum. Ubi Glossa: Appropin-
quante passionis tempore appropinqua-
vit Iesus loco, ubi posset inveniri, offen-
dens se non invitum pati. Hic introitus in
Ierusalem factus ante dies Paschæ, tem-
pore, quo Passio complenda erat. Dicit
enim Ioannes, quod ante sex dies Pascha ve-
nit Bethaniam, ubi cœna facta à sorore
Lazarî oleo perunctus est, & in crastino
asino insidens, obviantem turba, cum pal-
mis venit Ierusalem. Ecce quantum con-
venit vterque umbra. Ibi dicitur: Decimo die
mensis primi tollat unusquisque agnum, id est,
domum introducat, & servet usque ad
decimam quartam diem, qua immolabitur
ad vesperam. Et Dominus die decima
ejus mensis, id est, ante quinque dies Pa-
schæ, civitatem, in qua passurus erat, in-
travit, certam præstolans horam immo-
lationis: & decima quarta die ad vespere-
ram comprehensus, & ligatus, sacramen-
ta victimationis inchoavit. Ideo Hesy-
chius in illud Levitici 23. *Mense primo de-
cima quarta die mensis ad vesperam Phase Do-
mini est:* ait: Primum mensem tempus Do-
minicæ Passionis rectè dicimus; initium
enim est ingressus novæ vitæ. *Quinta de-
cima die mensis hujus solennitas azymorum
Domini est.* In qua Pascha nostrum immo-
latus est Christus. Hæc Hesychius. Nota:
Phase Domini solennitas Domini est.

Osee 3. Et fudi eam mihi quindecim ar-
gentis, &c. Chald. Et redemi eos per Ver-
bum meum die decima quarta mensis Nisan.
Et dedit argentum pro pretio Redemptoris ani-
marum eorum, (pretium pretiosi Sangui-
nis) Mensis Nisan poterat incidere non
prius die octavâ Martij: & Lunâ decima-

quintâ Christus mortuus est, quæ incidit
in diem Veneris. Martij 25. Communior
hæc est sententia, (Barradas) & in Pa-
schate.

Quoad horam, vide D. Gaudentium.
Et Punctum 29.

Agere potes de amore, qui Christum
coëgit ad patiendum pro humano gene-
re, in Prologo. Tractat. de Passione. 526

FERIA QUARTA POST I.
Dominicam Quad. Matth. 12.

Magister, volumus à te signum videre.
Punctum 117. De abnegatione pro-
priæ voluntatis. 357. 2

Signum non dabitur ei, nisi signum Prophe-
ta. Quidquid de Iesu, aut dictis, aut factis
figuratum, vel prophetatum usquam fuit
à Patriarchis, & Prophetis, ad amissam
videtur in illis Passione adimpletum.
Omnes fluctus tuos induxisti super me. Psalm. 87.
Interlin. Omnia, quæ de Passione prophe-
tata sunt, evenerunt. Omnes fluctus, suspen-
sionis. Margin. id est, passiones. Ionæ 2. Ion. 2.

Omnes gurgites tui super me transierunt. Cir-
cundederunt me aquæ usque ad animam. Iesus
ergo figuratus in Iona, projectus in pro-
fundum, in corde maris, & flumen circumdedit
eum. Ita planè. Unde Chrysolog. ferm. Chrysolog.

37. Quid sibi vult autem confusa ventis
procella, nisi Diabolum, qui cor Iudæ pe-
netrans, Reges, gentes, populos, mili-
tiam, Iudices, marinos elevavit, & infla-
vit in fluctus? Audi undas sæculi, audi
Prophetam dicentem: *Quare fremuerunt* Psalm. 2.

*gentes, & populi meditati sunt inania? Astite-
runt Reges terræ, & Principes convenerunt in
unum adversus Christum ejus.* Et quia fors
Ionam proditura non defuit, implet super
Christum Davidicam prophetiam, quæ
dicit: *Et super vestimentum meum miserunt
sortem.* Quod autem Ionas author suæ de-
mersionis existit, cum dicit: *Tollite me, &
mitte in mare, voluntariam Domini indi-
cat Passionem.* Audi Dominum dicentem:
*Potestatem habeo ponendi animam meam, & po-
testatè habeo iterum sumendi eam. Nemo tol-
lit eam à me. Si me queritis, sinite hos abire. Et
cessabit mare à vobis.* Punctu 6. & 2. ubi de
Iona, & lignis thyinis. pag. 551. & p. 630. 2.

b 2 Regina

Exod. 12.

Hesyeb.

Osee 3.

Index ad Conciones.

Josephus.

Regina Austri venit à finibus terra audire sapientiam Salomonis. Iosephus lib. 8. Antiquit cap 6. Dicitur autem, quod & radicem balsami, quam hæc tunc fert nostra provincia, ipsa Regina dederit Regi Balsami arbor flagellatur, ut succum emittat. Punct. 19.

611. 2.
3. Reg. 10. Erat autem pondus auri, quod offerebatur Salomonis sexcentorum sexaginta sex talentorum auri. excepto eo, quod afferbant viri scruta vendentes, &c. At vero Salomoni sex millium sexcentorum sexaginta sex talentorum plumbi, sive ictuū, à Judæis scrutariis, veteramentariisque pondus fuit injectum, sive infictum.

FERIA QUINTA POST I.
Dominicam Quad. Matth. 17.

Tilman.

Egressus Iesus secessit in partes Tyri, &c. Isaac apud Tilmannum: Duo sunt egressus Christi: unus à Patre æternus: alter temporalis, quando Verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Quando exiit à Patre, & venit in mundum: quando cum in formâ Dei esset, quasi patitiæ suæ fines egressus, exinanivit semet ipsum, formam servi accipiens, & in similitudinē carnis peccati, tanquam in partibus Tyri, & Sidonis inventus.

Luc. 22.

Ioan. 18. Egressus est Iesus trans torrentem Cedron. Cedron torrentis obscuritatis. Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Tyrus, tribulatio, obsidio, angustia, & colligatio. Sidon, venatio, insidiatio, navis iudæis dicitur. Punctum 1 & Punct. 3, 4, 5, 6, 7 in Tractatu de Passione.

Et ecce mulier Chananaea. Punctum 2 De efficaciâ, & virtute orationis. pag. 7. 2. Item Punctum 6. de perseverantiâ in oratione. pag. 34. 2. Item, Punctum 22. De fiducia in oratione. 90. 2.

FERIA SEXTA POST I.
Dominicam Quad. Joan. 5.

Interlin.

Est autem Ierosolymis probatica piscina, in qua quinq. porticus habens. In his jacebat multitudo magna languentium, &c. expectantium aquæ motum. Interlin. Id est, mor-

tem Christi, & inde redemptionem. Lyranus autem: Dicunt alij, quod illa miracula fiebant propter præsentiam ligni Dominicæ Crucis Historia scholastica in tertio Reg. c. 26. de Regina Saba.

Quinq. porticus in piscina, significant quinq. vulnera in Corpore Christi. Illa dicitur Græcè, Bethesda, domus effusionis. Syriacè: Domus misericordiæ. Hebraicè, Bethesda, domus frugum, cibarium.

Vocatur probatica, id est, ovina: quia prope forum pecudum, sive juxta portam ovium, vel gregis: aut quia ibi lavabantur hostia. Sic nos quasi lavemur in sanguine Agni. Punctum ultimum. 768.

Erat autem quidam homo ibi triginta, & octo annos habens in infirmitate sua. Punctum 52. De perseverantiâ in patiendo. 191. 2. Hominem non habeo. Ecce homo. Punctum 23. 643. 2.

SABBATO POST PRIMAM
Dominicam Quad. Matth. 17.

Assumpsit Iesus Petrum, & Jacobum, & Joannem. Socij etiam fuerunt in hortu, ad orationem. Matth. 26. Et assumpto Petro, & duobus filiis Zebedæi. Punct. 2. 534. 1.

Moyles, & Elias cum eo loquentes. Interlin. De Passione. Luc. 9. Dicebant excessum ejus, quem completurus erat in Jerusalem. 593. 1. 665. 1.

DOMINICA II. QVADRAG.
Matth. 17.

Assumpsit Iesus Petrum, & Jacobum, & Joannem, &c. Punctum 48. Quod gloriam præcedit passio, &c. pag. 185. 1. Item de gloria Beatorum fusc. pag. 452. 2. & seq.

Et transfiguratus est ante eos. Punct. 30. Quod oratio hominem transfigurat. 131. 1.

Et transfiguratus est ante eos, & duxit in montem excelsum seorsum. Sed quæ transformatio in Christi Passione? Non est speciei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus. 154. 53. 2.

Röspfen.

Index ad Conciones.

Resplenduit facies ejus sicut Sol. Ibi verò: Quasi absconditus vultus ejus, & despectus. Unde, nec reputavimus eum. Isaia 53.

Vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix; vel lux. At Herodes illi in indurum veste alba. Luc. 23. vel splendida. Margin. Quid innuit iste splendor, lux ista, nisi quia Christus est Sol, immò fons luminis? Certè Athanasius ubi supra ad illud: Si Rex Israël est, descendat, &c. Neque item Sol suum jubar in se contrahens, pro lumine agnosceretur, nisi etiam Orbi terrarum suos radios exportigat, & tenebras illuminet. Ita quoque & Dominus non seipsum salvavit, siquidem nullà salute indigebat, cum esset Salvator, sed ex suis in alios beneficiis voluit Salvator declarari. Punct. 16. 600.2.

FERIA SECUNDA POST

Dominicam II. Quad. Joan. 8.

Ego vado, &c. Et in peccato vestro moriemini. O malum, cum Deus ob peccatum recedit ab anima! Fusè de peccato. 508. 1. & seqq. 761.1

Tu quis es? Dicit eis Jesus: Principium, & loquor vobis. Principium, & finis, primus & novissimus, &c. Qui incepit & perficiet. Punctum 35.

Cum exaltaveritis Filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum. Exod. 3. Ego sum, qui sum. Philip. 2. Humiliarit semetipsum, &c. Propter quod & Deus exaltavit illum. Vide Punctum 14. 558. 1.

FERIA TERTIA POST

Dominicam II. Quad. Matth. 23.

Super cathedram Moysi sederunt Scribae, & Pharisei. Caelius Rhodiginus lib. 5. cap. 9. de Phariseis: Porro quies, soporque iis erat super angustiis tabulis, aut etiam spinis, vel lapidibus, ad comprimendas corporis, ac sensuum titillationes. Nisi abundaverit justitia vestra, plusquam Scribarum, & Phariseorum, &c.

Omnia opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus. Punctum 20. de hypocrisi 72.1. Dicunt & non faciunt. In Præfatione, Da verbo Dei.

Dilatant enim phylacteria sua. Dicitur etiam eis Deuter. 6. Ligabis ea (verba sci-

licet legis) quasi signum in manu tua, eruntque, & movebuntur inter oculos tuos. Scribebant legem in membranis, & pro coronâ illas portabant. Phylacterium, munimentum, antidotum, quo munimur adversus venena. Philetaria item planta est spinosa. Lud. Rhod. ibidem. Philetaria autem planta est spinosior, quam & rhamum dicunt. Sunt, qui ex hoc impactam Christo coronam velint. Punct. 21. Quæ spinæ amuletum sunt contra peccati virus. 630.2.

Et magnificat sumbrias. Hieronymus ibidem: Superstitiosi magistri captantes auram popularem, atque ex mulierculis sectantes lucra, faciebant grandes sumbrias, & acutissimas in eis spinas ligabant: ut videlicet ambulantes, & sedentes interdum pungerentur, & quasi hac admonitione retraherentur ad officia Domini, & ministeria servitutis ejus. Aud stis, propter quod ista faciunt, ex Hieronymo.

Opera eorum nolite facere, vel illâ intentione: sed videre, quomodo Christum in spinis ponunt. Cum scorpionibus habitas. Ezech. 21. Scorpio, herba spinosa. En ab istis Candidus, & rubicundus, in rubi conditus spinis, cinctus sentibus: circuncingitur dumis lumen, & domus aurea dumis. Isti tribulos tribunt, vepresque, prehendant arietem. Punct. 21. 630.2

FERIA QUARTA POST

Dominicam II. Quad. Matth. 20.

Ascendens Jesus Ierosolymam, assumpsit duodecim discipulos suos secum, & ait illis. Ut supra in Dominica Quinquagesimæ.

Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi. Chryllostomus homil. 35. Operis imperfecti: Contulit se Diabolus ad consueta arma mulierum, ut sicut Adam per mulierem spoliavit, ita istos sepatet per matrem. Sed jam non poterat per mulierem proditio introire in Sanctos, ex quo de muliere salus cunctorum processit. Punctum. 9. pagina 568.2. Mulieres quot malâ faciunt.

Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Cur ergo dicit: Transat à me calix istus?

Margin.

Athanas.

Cal. Rhod.

Matth. 5.

Deuter. 6.

Index ad Conciones.

Glossa.
Act. 10.

iste? A me, scilicet, in meos. Calicem quidem meum bibitis. Glossa: Ut Jacobus ab Herode truncatus, & Joannes in ferventis olei dolium missus, & in Pathmos relegatus. Punctum 3 & 4. 545. 2. & 546. 1.

FERIA QUINTA POST
Dominicam II. Quad. Luc. 16.

Homo quidam erat dives. Fusè de divitiis. Puncto 66. 228. 1

Et epulabatur quotidie splendide. Fusè de Gula Puncto 92. 286. 2

Homo quidam erat dives, & induebatur purpurâ. Christus indutus purpurâ per contemptum. Purpura animal est, cujus sanguine pannum tingunt. Punctum. 2. 534. 1.

Et bysso. Vestis alba, quâ indutus fuit Christus ab Herode spernente Punctum 26. 600. 2.

Lazarus ulcibus plenus. Cui similem illum puto, qui cæcus sæpius à Judæis, ad patientiam cædentium, & vocationem Gentium, ulcera sui corporis lambenda quibusdam velut canibus offerebat, quia scriptum est: Convertentur ad vesperam, & famem patientur ut canes. Ambrosius in Lucam, lib 8.

Psal. 58.
Ambros.

Cupiat saturari de micis. Quod agnovit Chananiitis illa mysterium: Nam & castelli edunt de micis, &c. O felicia ulcera, quæ perpetuum excludunt dolorem! O uberes micæ, quæ repellitis jejuniû sempiternum, quæ colligentem pauperem æternis expletis alimentis!

Et nemo illi dabat. Puncto 28. Cupidi sine misericordia. 264. 2. Suprà, & infra sunt de elemosyna.

Elebens oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham à longe, & Lazarum in sinu ejus. Punct. 143. Antithesis Inferni, & Paradisi. 449. 2. de Inferno fusè pag. 432. 2. ad 435. 2.

Fet. Cell.

Intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam. Petrus Cellensis excellens lib. de panibus, cap. 25. Sed parum petiit; & idèd fortè non impetravit, quia non in aquâ, sed in sanguine flamma infernalis extinguitur. Plenam itaque manum Sanguine Redemptoris, non ex-

tremum digitum in aquâ tinctum expectat. Tingat digitum in locum clavorum, & mictat manum suam in latus Salvatoris. Quod si causaris sanguinis copiam deesse, & idèd digitum non posse tingere, ecce Agnus anniculus, ecce vitulus inginatus jugulatur, & occiditur.

FERIA SEXTA POST II. Dominicam
Quad. Matth. 21.

Homo erat paterfamilias, qui plantavit vineam, & septem circumdedit ei. Punctum 97. De Angelo custode pag. 291. Item de beneficiis in Puncto 40. pag. 168. 1. & seqq. fusè.

Hic est hares, venite, occidamus eum. Hieronym. Manifestè Dominus probat, Judæorum Principes non per ignorantiam, sed per invidiam, Dei Filium crucifixisse. Mala invidiæ Punct. 25. pag. 652. 1. & seq.

Et apprehensum eum ejecerunt extra vineam, & occiderunt. Glossa Marcus mutat hunc ordinem: Occiderunt, & ejecerunt extra vineam. Quasi vile cadaver. Unde Augustinus tract. in Psalm. 63. vers. 2. ipse Pilatus occidit, & vos ô Judæi, occidistis. Unde occiditis! Gladio linguæ: acuisistis enim linguas vestras, & quando percussistis, nisi quando elamastis: Crucifige, crucifige? Et ira Evangelia concordantur, quæ dicunt Marc. 15. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. Hieronymus: Milites crucifixerunt eum, quod factum est hora quasi sexta secundum Joannem, sed prius Judæi hora tertia crucifixerunt eum, qui magis dicendi sunt eum crucifixisse, quam vis nitantur hoc dissimulare. Quasi dicat: Penè mortuum educunt, prius ob tormenta linguæ, verborum, scilicet, & verberum, postea ductus est foras semivivus. Vide Puncta 26. & 27. 662. 1. 655. 1

Glossa.

August.

Marc. 15.

SABBATO POST II. Dominicam
Quad. Luc. 15.

Proferre stolam primâ cito. Operuisti omnia peccata eorum. Hieronymus: Virtutibus operuisti, & propterea peccata nō parent. Iniquitatem operuisti justitiâ, impudicitiam castitate, nigredinē candore. Adducit

Psal. 84.

Hieron.

Index ad Conciones.

Psal. 68.

Adducite vitulum saginatum, & occidite, &c. Chryfolog. ferm. 5. Occidit vitulum saginatum, illum, de quo David cantabat: Et placebit Deo super vitulum novellum, cornua producentem, & ungulas. Occiditur vitulus patre sic iubente, quia Christus Dei Filius occidi sine Patris voluntate non poterat. Audi Apostolum: Qui proprio Filio non peperit, sed pro omnibus nobis tradidit illum. In Prologo de Passione, pag. 526. & Punct. 25. 652. 1. Nunquam desisti mihi hœdum. Punct. 33. 744. 1. 2.

DOMINICA TERTIA
Quadragesimæ. Luc. 11.

ERat Iesus ejiciens Daemonium, & illud erat mutum. De confessione in Puncto 25. pag. 60. Item, Punctum 162. Peccatum efficit hominem cæcum, surdum, & mutum. pag. 519. 1. Item, Peccatum fecundum est. 512. 1.

Marc. 14.
Margin.

Beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Tenete eum, & ducite eum, tunc, tunc, securè. Margin. Quàm mala custodia Hebræorum l. vide, quomodo ponunt eam ad sepulcrum, & ad Verbum crucifixum ab eis: Centurio autem, & qui cum eo erant, custodientes Iesum. Iube ergo custodiri sepulcrum. Ite, custodite, sicut scitis. Unde Chryfologus ferm. 75. Custodiebant crudelitatis studio, non pietatis obsequio. Et custodiunt illud. Beati, qui audiunt verbum Dei. Ibi Glossa: E contrario damnantur Pharisei, qui verbum Dei nec audire nec implere, sed blasphemare quærebant. Vide Punctum 13. de Passione. 585. 1.

Math. 27.

Chrysol.

Glossa.

Hieron. de Persevia.

Beatus venter, qui te portavit, & ubera, que suxisti. Adam de Persevia in Eccl. 2. 4. ad illud: Quasi oliva. Ignoscite, quæso, ignoscite puero, si ubera de cælo, plena non deserit, si sacrosanctum pectoris virginis sacrarium non dimittit. Isaïæ 60. Mamilla Regum lactaverit, O Christiane, accede, Isaïæ 66. ad Mariam: Ad ubera portabimini o pueri Bernardus scit, qui hoc lacte passus fuit verè.

August.

Proverb. 5. Vbera ejus inebriant te. Idèd Augustinus aiebat: Positus in medio, quò

me vertam nescio: hinc pass. or. à vulnere, hinc lactor ab ubere.

Lac unius matris à præcipitio puerum suum revocavit. Antipater Thessalon lib. 1. Antholog. pie cecinit: Antipat. Thessalon.

Puero ex alius tegulis super summum verticem

Deorsum pendenti (per casum pueris non formidatum)

Mater à tergo mammis revocavit voluntatem;

Bis verò puero vitam dedit lac.

Ambrosius lib. 1. de Abel, cap. 5. Quem miserans virtus, die (Maria,) & casum cito videns, improvisa occurrit, verita, ne inter moras illecebris demulcentibus mens capiatur humana, &c. Dicat illa: Expandi manus meas tota die ad populum desolantem. Margin. Sed Maria ob Filij mortem vulnerata: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Augustinus: Punctura acus Christo inflicta, vulnus erat lanceæ cordi Matris. Bonaventura in Stimulo: Bonav.

Isaïæ 65.
Margin.

Singula vulnera Filij ejus, in corde suo fuerunt unita. Tu ergo peccando iterum Filium suum Christum crucifigis, & Mariæ vulnus infigis. Plinius lib. 35. c. 10. de Arist. Th. bano pictore hæc refert: Hujus pictura est. Oppido capto ad matris morientis ex vulnere mammam adrepens infans, intelligiturque sentire mater, & timere, ne è mortuo lacte sanguinem infans lambat. Certè Maria sauciata à te est, dum peccas, & ad illius mammam adrepens eris? Sed scias, quòd sanguinem illius crudeliter suges, non lac, immò illud emortuum invenies, & siccatum. Audi Harigrinum Cardinalem in illud Cantico: Duo ubera tua sicut bimuli; In in-

August.

Bonav.

Plin.

Harigrin.

Cardin.

gratis moriuntur; & deficiunt.

Peccata ergo fuge, & fuge Matris istius ubera. Nunquid legistis (ait Josephus Hebræus lib. 2. Antiq. Jud. cap. 5.) Moysen infantulum aquis creptum à filia Pharaonis, nunquam labramamillæ admovere voluisse cujusquam mulieris exteræ, cum plurimæ tentassent, donec applicatus fuerit uberibus maternis? Vide Punctum 32. de Passione.

Josephus.

FERIA

Index ad Conciones.

FERIA SECUNDA POST III.
Dominicam Quad. Luc. 4.

FERIA TERTIA POST III.
Dominicam Quad. Matth. 18.

Ambros.

Quanta audivimus facta Capharnaïm, &c. Ambrosius: Videte, quid mali invidia afferat! Indigna propter invidiam patria iudicatur, in qua civis opereretur, quæ digna facta fuit, in qua Dei Filius nasceretur. De invidentia optimè Chrysof., homil. 41. in Matthæum.

Chrysof.

Fac & hic in patria tua. Sed non poterat ibi virtutem aliquam facere, inquit Marcus, propter incredulitatem eorum. Punctum. 23. Quantum Deo displiceat dissidentia. 94. Multa vidua erant tempore Elis. Punctum 79. De fructibus misericordiae, pag. 233. 2 & infra fusè de elemosyna.

Glossa.

Medice, cura teipsum. Glossa: Est & Medicus: quia per ipsum omnia, quæ in caelis, & quæ in terra, sunt restaurata. Qui de se dicit: Non est opus valentibus Medicus, sed male habentibus. Et alibi: Ego sanator tuus. Ut in prima Dominica Quadragesimæ.

Matth. 9.

Exod. 15.

Beda.

Non missus est Elias, nisi in Sarepta Sidonis ad mulierem viduam. Hæc mulier (ait Beda) mysticum panem factura duo ligna colligit, in quo figuram Crucis exprimit, in qua nobis vitæ æternæ præparatur panis. Vide Punctum 26. de Passione. 655. 1

Idem.

Ejecerunt illum extra civitatem. Beda: Nec salutem merentur, qui Salvatore pellunt de finibus suis. Ibid.

Idem.

Et duxerunt illum, ut præcipitarent eum. Beda: Pejores Judæi discipuli Diabolo magistro. Ille verbo ait: Mitte te deorsum. isti facto mittere conantur. Et quia nondum venerat hora Passionis, fugit. Quod capitur à paucis, & tenetur, voluntatis est, quod à populo non tenetur, sed transit, maiestatis est. Sic Titus. Veruntamen quod hic fecit, evidenti argumento est, Judæos nullo modo eum in Crucem agere valituros fuisse, nisi ipse ultro in mortem se tradidisset. Vide Puncta 5, 6, & 7. Tractatus de Passione. à pag. 549. 2

Titus.

Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripere. Corripe, quasi cor rape August. Debemus enim amando corripere, non nocendi aviditate, sed studio corrigendi. In spiritu lenitatis, inquit Apost. In sibilio aura tenuis; in commotione, non in igne. Dominus correcturus Adamum, ambulabat ad auram post meridiem. Non obstrepuit, non excanduit, non fulminavit.

Disciplina tua ipsa me docebit. Heb. Man. Psa. 71. sicut uo ipsa me docebit. Hebr. Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me.

Vidi visionem secundum speciem, quando veni, ut disperderem civitatem. Sepr. Quando ingressus sum, ut ungerem civitatem. Ubi Hieron. Plurimam obscuritatem habet, quomodo Ezechiel ingressus sit ungere civitatem, nisi forte illud dicamus, quod correptio Prophetæ sit unctio civitatis.

Egreditur virga de radice Iesse, & flos de radice ejus ascendet. D. Hilar. Ut vulnus præbeat, & vulneris remedium afferat. Hieron. De radice Iesse, hoc est, de incendio charitatis.

Loquimini ad petram, non percutite, & illa dabit vobis aquas. Sic, sic, licet illa sit petra durior, si blandè loquaris, lacrymas contritionis effundet. Emunctoria ex auro, Mel, & lac sub lingua ejus. Exod. 25.

Arguet te. Græcè: Evincet te malitia tua. Jerem. 2. Quare de correctore non doleas, nam tuum te corripit peccatum. Hoc ipsum tolle, & non erit correptio.

Quæ quanta fieri debeat prudentia, Chrysofomum audi. Ingressus, inquit, Propheta, (loquitur de Nathan:) cernit eum cum ingenti splendore, ac regio factu sedentem, a tunc. Litem habeo, ô Rex: audi me. O singularem Medici sapientia! Sumpto ferro ingressus est, ut ulcus fecerit: verum illud minimè aegroto indicat, ne curatione fastidiat. Occulravit illud, nõ sub veste, sed sub confictæ narrationis involuero. Statim enim ingressus, nõ dixit: O flagitiose! ô profane! ô adulter! ô carnifex! Non apertam reprehensionem adhibet.

Index ad Conciones.

habet, nec sine persona quadam, ac larva
verborum, libertate utitur: verum obre-
ctum ferrum gerit, ac dicit: Litem habeo,
ô Rex: audi me. Quid igitur Rex? Litem
narra. Tum ille: *Duo viri erant in civitate
una: unus dives, &c.* Quid igitur? Ira ac-
census est Rex: Exultabat enim, se alie-
nam litem disceptare: Gladio, inquit, mo-
rietur, atque ovem in quadruplum red-
det. Tum larvam abiecit Propheta; fer-
rumque detegit, & ait: Tu es, Rex, qui
hoc admisisti. O sectionem, non gladio,
sed brevi coargutione, doloris sensum
amputantem! Cum enim oportebat, fa-
bulam agebat: cum autem coarguendus
ille fuit, statim ferit, atque ulcus abscedit;
sic tamen, ut haud magnum dolorem effi-
ceret. Tu es Rex. Quid igitur ille: *Peccavi
Domino.* Videtis etiam in morbo, generosi
animi indolem? Non enim dixit ad eum:
O miser, ô calamitose, unde progressus,
aut qua re fiet? ita audacter ingressus es,
atque arrogantia, & fastu turgidus, Re-
gem usque aded appetit coarguere, atque
insectari sustines? Verum quid ait? *Peccavi
Domino.* Quid igitur Propheta? *Dominus
quoque transiit peccatum tuum.* Celer pen-
nitentia, celerior venia. Per opera Deum
ad iracundiam concitasti: per verba te
peniteat. Punct. 25. De divina misericor-
dia in peccatores. Ubi pro correptione
nonnulla.

2. Reg. 18.

Correptio sedata omni animi passione
fieri debet. Joab contra Regis David præ-
ceptum Absalom interfecit, ex invidia
Amalam pugione confodit. Quando cor-
ripuit eum David? Ut omnem vitæ pro-
priae passionis, aut vindictæ suspensionem,
differt correptionem; simulat, dum vivit:
sed in extremo vitæ articulo, ne præteri-
ret justiciam, ut Petrus Damianus ait, ul-
tionis exercuit disciplinam, imperans Sa-
lomonis filio, ut cum eo ageret juxta sapi-
entiam suam. Noluit corripere, cum po-
tuit irasci, cum propria passione moveri:
sed distulit correptionem ad tempus,
quo ira, & furor omnis defervescit, quo
libido vindictæ languet ex morte pro-
pinquâ. Ut aqua lutosâ permota non
format speculum: sic perturbatus passio-
Speranza Scriptura selecta.

Petr. Dam.

nibus animus judicium rectum, & clarum non habet. Unde David tam diu distulit criminis censuram, quam diu judicium ex passione potuit perturbari. Corripuisset quidem Joab, quod Amalam proditorie necasset, & meritam crimini poenam, ut alias multoties contigisset; quodque Regis filium confodere ausus esset: sed ne privatam offensam vindicare videretur; sibi que vivens non fidens, moriturus de correptione pertractat.

Divinum est munus, corripere. Sic Pro-
cop. Gazau: in illud; *Constituite Deum Pha-
raonis.* Habet enim, sic dixerim, aliquid
Divinitatis, & sic dicere fas est, Deum
sapit, qui ex officio proximum cor-
ripit. Est namque Salvator, dum divi-
nissimo salvandi muneri, quoad potest, in-
cumbit.

De recipiendâ correptione. Viro, qui
corripientem durâ cervicem contemnit, repenti-
nus ei superveniet interitus & sanitus eum
non sequetur. Item: *Qui odit correptionem,
vestigium est peccator; autonomastice,
ejus, malum immobiliter, apprehen-
dit. Quam bonum est correptum manifestare
penitentiam? sic enim effugiet voluntarium
peccatum.*

August. Tu scis, Deus noster, quod
tunc de Alipio ab illâ peste sanando non
cogitaverim (loquitur de ludis Circensi-
bus) at ille in se rapuit, neque illud, non
nisi propter se dixisse credidit: & quod
alius accepisset ad succensendum mihi,
accepit honestus adolescens ad succensendum
sibi, & ad me ardentius diligendum.

*Corripe sapientem, & amabit te. Reprehen-
sionem fugiat peccator.*

Non dico tibi usque septies, sed usque septua-
gies septies. Tertullianus in Orationem Tertull.
Dominicam: Ut legem melius reforma-
ret, de Cain septies, de Lamech vero se-
ptuagies septies vindicta requiritur. Sic
nunc misericorditer donat septies, & se-
ptuagies septies.

Infernus unum tantum ostium habet:
os abyssi, & os putei dicitur: Paradisus
autem portas habet duodecim in qua-
libet

Index ad Conciones.

Cyrril. Ierof.

liber parte. Cyrillus Ierosolymitanus ca-
rechesi. 18. Non unam tantum, ait, sed
multas aeternae vitae januas apernit, ut
omnes, quantum in ipso est, absque im-
pedimento illa potiri possint. Apocal.
20. 21.

Janitor Paradisi terrestri Cherub, qui
multitudinem significat, cum gladio
flammeo, ut prohibeat ingressum. Jani-
tor. Paradisi caelestis. Petrus piscator:
immo qui peccator fuit, ut peccatorum
misereferet. Claves abyssi Deus habet,
caelorum Petrus. Origenes: Non unius
caeli, sed multorum caelorum: ut quod li-
gaveris super terram, sit ligatum non tan-
tum in uno caelo, sed in omnibus cae-
lis, &c.

Origen.

Psal. 78.
Ysaia 40.

Redde vicinis nostris septuplum in sinu eo-
rum. Septies vult puniri illos. Suscepit de
manu Domini duplicia pro omnibus peccatis
suis. Immo non iudicabit Dominus eis in id-
ipsum, vel dupliciter, cum de poenis agi-
tur. Non ita facit de gratis, sed fructus
aliquorum erit 30. aliorum 60. multorum
100. ita gloriae.

Ambros.

Centuplam accipietis (ipse Dominus ait)
sed haec pauca, & vitam aeternam possidebi-
tis. Vide quam sit misericors Dominus,
qui remittit debitum tam benigne. Ideo
Ambrosius de Poenit. contra Novatianos,
quia nolebant, ut ad hanc peccatores ad-
mitterentur, potius dicere debuissent, ait,
omnia Deum ignoscere, etiam sine poenit-
entia, quam negare poenitentes a Deo
admitti.

Hieron.

Unde Hieronymus: Sed septuagies se-
pties, id est, 490 vicibus, ut toties pecca-
tum fratris dimitteret in die, quoties ille
peccare non possit.

Idem.

Et quare peccatum Lamech septua-
gies septies puniendum erit? Idem Hie-
ronymus? Ajunt, ab Adam usque ad Chri-
stum generatione, esse 77. secundum
Lutam: ita & Lamech, id est, totius mun-
di peccatum, Christi solvetur, adventu,
immo Christi Sanguine tuerit. Quia non
raspit, tunc excol vobam. In Prologo

Psal. 68.

Tractatus de Passione.

526. 1.

FERIA QUARTA POST III.

Dominicam Quad. Matth. 15.

Qvae Discipuli tui transgredimur, &c.
De murmuratione fuscè in Puncto
15. pag. 34. 2. De abnegatione auditus,
Punctum 115. 349. 1

Non enim lavant manus, cum panem man-
ducant. Ita Marcus cap. 7. Pharisei au-
tem, & omnes Iudaei, nisi crebro lavent ma-
nus, non manducant: & a foro nisi baptizen-
tur, non comedunt: & alia multa sunt, quae tra-
dita sunt illis servare, baptisimata calicum, &
urceorum, aramentorum, & lektorum. Vide
igitur illorum justitiam. Ioan. 18. Et ipsi Ioan. 18.

non introierunt in Pratorium, ut non contami-
narentur, sed ut manducarent Pascha. Matth.
27. Non licet eos mittere in Corbonam: quia
pretium sanguinis est. Pilatus autem videns,
quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret,
accepta aqua lavit manus coram populo. Punc-
tum 24. Ablutio manuum. 646. 2

Hypocrite, benè prophetavit de vobis Isaia,
&c. Punctum 20 de hypocritis. 72. 1

FERIA QUINTA POST V.

Dominicam Quad. Luc. 4.

Socrus autem Simonis tenebat magni se-
bribus. Fusè de tribulationibus à pag.
189. 1. ad 195. 2

Cum Sol occidisset. Beda: Solis occubitus,
Passio Christi. Glossa in Mor. Per hoc si-
gnificavit, quod Passio sua, in qua iustitiae
Sol occidit, futura erat medicina omnis
spiritualis infirmitatis. En hic Sol videretur
occisus: alter Sol occidit, sepelitur, com-
moritur. Unde Punctum 29. Tenebrè. 699

Ambros.

Hieron.

Idem.

Psal. 68.

VI
FERIA QUINTA POST III.

Dominicam Quad. Ioan. 4.

Venuit Iesus in cruentam Samariam. Puncto.
25. De divina misericordia in pecca-
tores. 100. 1.

Iesus autem fatigatus ex itinere, sedebat sic
super fontem. Hora autem erat quasi sexta.
Lyranus in Moral. Ista fatigatio fuit Lyr.
signum Passionis Christi futura tali hora.
Punctum, 2. Tristitia, & horrore in horro.
534. 1.

Butenti

Index ad Conciones.

Pateat altus est. Altitudinem & profunditatem Crucis ostendit. Punctum. 27. Crucifixio. 662.1

Ego misi vos metere, quod vos non laborastis. Alij vero laboraverunt, & vos labores eorum intrastis. Quasi dicat: Vos amplius non laboratis, sed ludores aliorum accipitis: illi jugum trahent, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus. Act. 15. Sed nunc ferris jugum meum suave, & onus meum leve. Hoc non gravat. Ideo Chrysol. ferm. 170. Nescit lassescere bajulus misericordiae, pietatis vector. Vide Punct. 26. Crucis bajulatio. 655.1

Act. 15.
Matth. 23.
Chrysol.

SABBATO POST III. Dominicam
Quad. Ioan. 8.

Magister, hac mulier modo deprehensa est in adulterio. Mysticè Glossa: Signat Synagogam. Generatio prava, (dixerat) & adultera. Hieronym. in Psalm. 108. ad illa verba: Et uxor eius vidua. Synagoga, quae prima facta est uxor Iudae proditoris. Nō accepit dorem, sed dorem marito suo dedit. Punctum 1. pag. 320. 1. & Punctum 551. 1.

Glossa.
Hieron.

DOMINICA IV. QUADRAG.
Ioan. 6.

Unde ememus panes, ut manducent hi? Fusc de eleemosynā, quae distributa multiplicatur &c. a pag. 253. 2.

Item: Unde ememus panes? De postulando consilio, Punctum 122. 23, & seq. 379. 1. & seq. 1.

Fecit homines discumbere. Erat autem foenum multum in loco Punctum 125. De utilissima consideratione mortis. 385. 1

Fregit, & distribuit discumbentibus. De Eucharistiae Sacramento. Punctum 151. 475. 1.

Iesus ergo cum cognovisset, quia venturi erant, ut raperent eum, & facerent Regem, fugit in montem ipse solus. Interlinearis: Qui post occurrit crucifixoribus. Quomodo dignitates vitare debemus, & fugere. Punctum. 20. Purpura. 622. 1.

Interlin.

FERIA II. POST IV. Dominicam
Quad. Ioan. 2.

Et invenit in templo vendentes, & ementes, &c. Punctum 19. Quam acriter

animadvertat Deus in eos, qui contumeliam aliquam irrogant Ecclesiae. 70. 1

Et cum fecisset quasi flagellum. Punctum 44. Peccatum est causa tribulationum, & adverificationum 176. 1

Item: *Quasi flagellum.* Punctum 26. Quod Deus utitur misericordia magis, quam iustitia. 119. 1

Cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit. Ligabis eam praecotta, quasi signum. Deut. 6. in manu tua. Pone me ut signaculum super cor Cant. 8. tuum, ut signaculum super brachium tuum. Liga eam in corde tuo, & circumnaviga guttur tuum. Proverb. 6. Liga eam (legem) in auribus tuis, & scribe illam in tabulis cordis. Isti manus suas mordentes praerabie, ligant, & digito injuriam hanc signant, & scribunt eam in tabulis cordis lapidei. In terrā qui laedit, laesus in marmore scribit. Unde Chrysolomus in Carena D. Thomae, cap. 21. D. Thom. Matth. Tamen postquam introivit in templum, & vendentes animalia, quae ad sacrificium pertinebant, foras eiecit, tunc praecipue cogitaverunt eum occidere.

Multitudinis Iudaeorum, & infidelium erat cor unum, & anima una. Unanimes, uno ore clamabant contra Dominum. Psal. 94. Captabunt in animam iusti. Chald. Coarce. Chald. vabunt mala. Hieronymus: Copulabuntur adversus animam iusti, & sanguinem innocentem condemnabunt. Congregaverunt iustum ad eum universam cohortem. Et spreverunt illum Herodes cum exercitu suo. Iudaei videntes, quae Iesus faciebat, & audientes reprehensione, quid faciebant? Id quod si, qui Stepham verba audientes discabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum. Exclamantes autem voce magna continuerunt aures suas, & impetum fecerunt unanimiter in eum! Christo adapta.

D. Thom.

in Caten.

templum,

& vendentes animalia,

quae ad sacrificium

pertinebant, foras eiecit,

tunc praecipue cogitaverunt eum occidere.

Multitudinis Iudaeorum,

& infidelium erat cor unum,

& anima una. Unanimes, uno

ore clamabant contra Dominum. Psal. 94.

Captabunt in animam iusti. Chald. Coarce. Chald.

vabunt mala. Hieronymus: Copulabuntur

adversus animam iusti, & sanguinem innocentem condemnabunt.

Congregaverunt iustum ad eum universam cohortem.

Et spreverunt illum Herodes cum exercitu suo.

Iudaei videntes, quae Iesus faciebat,

& audientes reprehensione, quid faciebant?

Id quod si, qui Stepham verba audientes discabantur cordibus suis,

& stridebant dentibus in eum.

Exclamantes autem voce magna continuerunt aures suas,

& impetum fecerunt unanimiter in eum! Christo adapta.

Hieronymus in Psalm. 108. ad illa verba: Constitue super eum peccatorem. Me nolunt habere Regem, habeant Regem Diabolū. Nolunt habere Regē Iesum, habeant Regē Barabbam, qui interpretatur filius patris, hoc est, Diaboli. Barabbas iste quis fuit? Seditiosus & latro. Et verē Barabbam habet Regem, qui occidit ipsos Iudaeos. Negaverunt Dominum, & Barabbas dimissus est. Punct. 17. Barabbas electio, & Christi reprobatio. 604. 1

Matth. 27.

Luc. 23.

Act. 7.

Index ad Conciones.

FERIA TERTIA POST IV.
Dominicam Quad. Joan. 7.

Augustin.

Ezech. 53.

Hebr. 1.1
Anselm.

Theophyl.

ET mirabantur Iudaei dicentes. Augustinus: Omnes quidem, quantum arbitror, mirabantur, sed non omnes convertebantur. Ezech. 33. *Audiunt sermones suos, & non faciunt eos.* q. d. mirantur solum eloquentiam, &c. De verbo Dei, in Praefatione.

Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoscat de doctrina mea. Punctum 119. Res. De non subtili curiositate, sed captivatione intellectus, ac mortificatione intelligi. 369. 2.

Nondum venerat hora ejus. Hebraeor. 2. *Utratia Dei, pro omnibus gustaret mortem.* Anselmus: Id est horariam, & non longam: quasi aliquid gustando transiret. Mare Passionis calicem vocat. Theophylactus in Matth. 26. *Poculum dicit Dominus suam mortem, simul ostendens, quod leve sit, & declarans, quod ipse suaviter accedat ad mortem, quasi si bibendum esset poculum.* Punctum 14. *Nocturnae poenitentiae.* 588. 1.

FERIA QUARTA POST IV.
Dominicam Quad. Joan. 9.

ET limavit lutum super oculos ejus. Punctum 41. De tribulationum effectibus. 170. Item Punctum 42. Tribulatio praeservat a peccato. 173. 2.

Expuit in terram, & fecit lutum ex spuito, & limavit lutum super oculos ejus. Iudaei autem creatores expuunt in faciem Christi, & penes excoerant. Punctum. 11. *Conspuatio.* 554. 1.

Lutum posuit mihi super oculos. Iste autem velum ponunt ante oculos Dei. Punctum 12. *Velamen.* 585. 1.

FERIA QUINTA POST IV.
Dominicam Quad. Luc. 7.

Ibat Iesus in civitatem, quae vocatur Naïm. Punctum 125. De utilissima consideratione mortis. 381. & seqq.

Efferebatur filius unicus matri suae, & haec vidua erat. Vidua est Ecclesia, (Interlin.) *Interlin.* quae Sponsi morte redempta, ab ipso peregrinatur tempore sui incolatus. Dic: *Thren. 1.* Vidua est Maria. *Fada est quasi vidua, Domina Gentium.* Punctum 28. Maria juxta Crucem. 694.

FERIA SEXTA POST VI.
Dominicam Quad. Joan. 11.

ERAT quidam languens Lazarus à Bethania. Punctum 128. Timor mortis ex peccato. 398. 1. Item Punct. 129. *Antithesis de peccatorum, & iustorum morte.* 400. 2.

Ecce, quem amas, infirmatur. Punct. 40. *Tum iusto, tum peccatori insigne beneficium est tribulatio.* 168. 1. Item Punctum 50. *Tribulatio divinus est favor.* 189. 1. 1.

Infremuit spiritu, & turbavit seipsum, &c. Punct. 155. *De Beneficio Iustificationis.* 497. 2.

Item Ecce, quem amas, infirmatur. Punct. 63. *Quid, & quomodo postulandum.* 219. 1.

Maria ergo cum venisset. Chrysologus *Chrysol.* *ferm. 65.* Sine Maria nec fugari mors poterat, nec vita poterat reparari. Veniat Maria: veniat materni nominis bajula, ut videat homo Christum virginalis uteri habitasse secretum, quatenus prodeant ab inferis mortui, mortui exeant de sepulchris. Punct. 32. *Mulier, ecce filius tuus.*

Et lachrymans est Iesus. Hoc fecit & in ipsa Cruce. Et unum fuit sacrificium, oblationum panis. Unde *Levitici 2.* *Levit. 2.* quatuor enumerantur oblationes, panis in clibano cocti, in aqua, in oleo, & in igne: primus panis similagineus, secundus lagana, azyma, tertius tritrus in sartagine, quartus in craticula assis. Vbi Glossa allegoricè de Christo: Ipse namque pro nobis oblatas convenienter dicitur farina molita molâ tribulationis, panis coctus in clibano, id est, in utero virginali, ubi corpus ejus formatum fuit virtute Spiritus.

Index ad Conciones.

Luc. 22. Spiritus Sancti. Similiter panis frigus in fartagine, id est, anxietate: nam imminente Passione. Factus fuit ejus sudor, sicut gutta sanguinis decurrentis in terram. Item panis coctus in craticulâ, id est, in sanctæ Crucis arâ. Dicitur etiam panis coctus in aquâ calidâ, scilicet, devotionis, quando clamans spiritum emisit cum lachrymis. Hebr. 5. Preces supplicationisque cum clamore valido, & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia. Punctum 19. Columna, & flagellatio. 368. 2.

SABBATO POST IV.
Dominicam Quad. Joan. 8.

Glossa. Ego sum lux mundi. Quæ nube carnis tegitur. Sic Glossa: Et velaverunt eum. Punctum 12. Velamen:
Nondum venerat hora ejus. Scilicet voluntaria. Interlin. Oblatus est, quia ipse voluit. In Prologo. 527

DOMINICA QUINTA
in Passione. Joan. 8.

DE effectibus vexilli Crucis erecti. pag. 488. 1. a
Item: Qui ex vobis arguet me de peccato? Solus Deus. Deique Filii naturâ impecabilis hoc palam dicere potest, sed hoc etiam quilibet Christianus per gratiam dicere deberet: Quis ex vobis, &c. Chrysof. Magna fiducia iustitiæ est, ubi causâ etiam adversario committitur.
Hunc animi candorem suavitè Apostol. Tito cap. 2. In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum in integritate, in gravitate, verbum sanum, irreprehensibile: ut is qui ex adverso est, vereatur, &c. D. Ambr. Per eum, qui ex adverso est, inimicos fidei censet intelligi, juxta illud 1. Petri. 2. Conversationem vestram inter gentes habentes bonam, ut in eo, quod detrectant de vobis tanquam de malefactoribus, &c. obtumescere faciatis, &c. D. verd. Chrysof. censet, eum, qui ex adverso est, Diabolum esse, ut scilicet neque is, qui tam subtiliter cernit, quicquam valeat objicere.

Ad Philip. 4. Vt sitis sine querelâ Syriac. Phil. 4. Perfecti, & absque nevo.

Job: Cum sit nemo, qui possit arguere me. Job. 6. Quod iustum esse iudicatis: & non inveniatis in lingua meâ iniquitatem. Ipse Diabolus nihil habuit, quod posset objicere: & obstructum est os impudentissimum Diaboli, inquit Chrysof.

Luc. 1. de Zacharia, & Elizabeth: Et Luc. 1. erant iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis, & justificationibus Domini sine querelâ. Vbi Ambros. Quid ad hoc referunt, qui peccatis suis solacia præferentes, sine peccatis frequentibus hominem putant esse non posse: & uruntur versiculo. Nemo minuit à sordè, &c. Quibus respondendum est prius, ut quid sit hominem sine peccato esse, definiant: utrum nunquam omnino peccasse, an desuisse peccare, & ipse consentio: Omnes enim peccaverunt, & egent gloriâ Dei. Si autem, qui veterem errorem correxerit, & in eam se vitæ transformaverit qualitatè, ut temperet à peccato, negant abstinere delictis; non possum in eorum convenire sententiam, cum legamus, quia sic Dominus dilexit Ecclesiam, ut exhibeat sibi ipse gloriosam, & non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid ejusmodi, sed ut sit sancta, & immaculata. Punct. 160. Peccatum aggravat, deprimit, torquet conscientiam. pag. 516. supra, & infra fusc de peccato. 516. 1

Samaritanus est tu? Coronatus, floridus, spinosus. Punctum 21. Spinæ. 630. 2

Abraham pater vester exultavit, ut videret diem meum, vidit, & gavisus est. D. Prosper. per lib. 1. Pradic. c. 17. Diem Passionis Filij Dei vidit Abraham in suo filio figuratum, quod unico filio non pepercit, quod veluti ad aram Crucis triduo cum insonanti victima convolvit, quod patiens, ac sine voce, similis agno coram condente filio patri, ut percuteret, pia colla præbuit, quod aries cornibus in vepre detentus, spinis coronatum Christum ostendens, pro Isaac immolandum apparuit. Punct. 21. Spinæ. 630. 2. Item, Punctum 27. Crucifixio 662. 1. Item de obedientia Abraham, & Christi in Cruce. 656. 2.

Index ad Conciones.

FERIA SECUNDA POST

Dominicam Passionis. Ioan. 7.

Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Punctum 65. Aquâ honorum temporalium cordis humani sitim non extingui, &c. 223. 2
Hebr. Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. De fontibus, scilicet, Salvatoris. *Hebr.* De visceribus Salvatoris. Punctum ult. De quinque plagis. 768
Num. 28. In die magno festivitatis Numer. 28. In diebus festis meis. Origenes hom. 23. Habet ergo Deus dies festos suos: Habet. Est enim ei magna festivitas, salus humana. *August.* Augustinus q. 78. Is autem fuit dies festus, quo Passione suâ redemit mundum. Hic dies festus ejus, in quo vicit mortem. 655. 1. 656. 1.

FERIA TERTIA POST

Dominicam Passionis. Ioan. 7.

Manifestate ipsum mundo. Punctum 21
 De jactantia. 80. 1. Item in Puncto 110. De ambitione. 321. 1
Beda. Ambulabat Iesus in Galileam, Galilæa dicitur (ait Beda) eò quòd lacteum populum, id est, candidum gignat. *Iac. Ammiur,* populus albedinis, libertatis, & foraminis: Ablalom ad hunc Regem confugit, & post annos quinque faciem patris vidit. Ira nos ad foramina Regis Christi confugiamus, & Patris faciem videbimus. In Galilæa Discipulus apparuit, unde & Galilæus dictus est, sicut & Nazareus. Punct. ult. De quinque plagis. 768
2. Reg. 13. Dies festus Iudeorum. Sunt & festa Diaboli. Hac est hora vestra, & potestis tenebrarum. Punctum 5. Gladij, & Fastes, pag. 549
 Item Punctum 6. Iudæ proditio, pag. 551. 1. Item Punctum 7. Manuum injectio, funes, & vincula. 559. 1
 Tempus meum nondum advenit. Quale tempus suum? Chrysostomus homil. 4. in Ioannem. Tempus Crucis, & mortis. *Scenopogia, festivitas tabernaculorum.* Flagellum appropinquavit tabernaculo Christi, hoc est, corpori ejus. Punct. 19. pag. 611. 2. Tabernaculum fixum clavis, Punct. 27. 662. 1

FERIA QUARTA POST

Dominicam Passionis. Ioan. 10.

Oves meæ vocem meam audium. De inspirationibus fusæ a pag. 295. 1
Sustulerunt ergo lapides Iudæi, ut lapidarent eum. In eos, qui divinis inspirationibus resistunt. pag. 303. 1
Facta sunt Encania in Ierosolymis, & hyems erat. Et ideo frigidi erant. *August.* Punct. 9. *August.* 45. 2.
Et ambulabat Iesus, &c. Interlin. Ecce Interlin. ignis, de quo deberent accendi. *Charitas Christi in Cruce.* Punct. 27. 662. 1
Oves meæ vocem meam audium. Latro Christi ovis. Punctum 31.

FERIA QUINTA POST

Dominicam Passionis. Luc. 7.

Rogabat eum quidam Phariseus. Punctum 107. De vera poenitentia, pag. 310. 2. Item de luxuria, & castitate, in Puncto 116. De abnegatione tactus. 354. 2.
 Vide in Festo S. Mariæ Magdalenz, infra mense Julio.

FERIA SEXTA POST

Dominicam Passionis. Ioan. 11.

Collegerunt Concilium Pontifices. Punctum 124. De bonorum consiliatorum conditionibus. 383. 2
Si dimissimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, &c. Punctum 24. de ratione status. pag. 646. 2
Simeon, & Levi, fratres, vasa iniquitatis bellantia, in consilium eorum non veniat anima mea: quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum. *Rupert.* Rupeus ibid. Christum enim occiderunt, & murum templi (quod est corpus ejus) clavis, & lancea suffoderunt. Punctum 27. Crucifixio, pag. 662. 1. & Punctum ultim. De quinque plagis. 662. 1

SABBA-

Index ad Conciones.

SABBATO POST DOMINICAM
Passionis. Matth. 21.

O Sanna filio David. Sed indignantur
Principes Sacerdotum, & Scribæ, &
dicunt: *Aulus, quid isti dicunt? Iesus au-*
tem dixit eis: Nusquam legistis, quia ex ore in-
fantium, & lactentium perfecisti laudem? Ad-
dit Lucas. Magister, increpa Discipulos tuos.
Quibus ipse ait: Dico vobis, quia si hi tacuerint,
lapides clamabunt. Punct. 29. Tenebræ,
pag. 421.2. Unde Glossa: Crucifixo Do-
mino (Apostolis præ timore tacentibus)
petræ, quæ scissæ sunt, apertis monumen-
tis Deum, & mundi Dominum aperte
clamabunt.

DOMINICA PALMARVM
Joan. 11.

T Verba, qua præcedebant, & qua sequeban-
tur, clamabant dicentes: *O sanna filio Da-*
vid. Benedictus qui venit in nomine Domini.
Joan. 11. Bernard. In eadem civitate, à ple-
be eadem, & eodem tempore, nunc qui-
dem processions gloriæ, & divinis est lau-
dibus honestatus; postmodum verò in-
terrogatus, contumeliis, & tormento, &
cum sceleratis est de puratus. Et infra: O
quàm dissimile fuit: *Tolle, tolle, crucifige*
eum. & Benedictus, qui venit in nomine Do-
mini! O sanna in excelsis! Quàm dissimile!
Rex Israël. & Non habemus Regem, nisi Cæ-
sarem! Quàm dissimiles rami virentes, &
Crux! flores, & spina! Cui prius sterna-
bantur vestimenta aliena, ecce suis exui-
tus, & fors, mittitur super ea. Hic est finis
transitorie lætitiæ, hic fructus gloriæ
temporalis. Punct. 64. Quod hæc tem-
poralia bona non sunt nisi inania, & cadu-
ca, 221. 1. Ad hæc plura in Punct. 126. De
bre vite hujus vite. 390. 2

Solvite, & adducite mihi. Vox ad Sacer-
dotes, ut peccatorem solvant, & ad Deum
perducant. In Punct. 25. De Sacramento
Pœnitentiæ 100. 1
Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus. He-
braice, humilis. Punctum 27. de humi-
litate Christi in Cruce 399. 2
Plurima autem turba straverunt, vesti-

menta sua in via. Postea illudunt indu-
tum veste alba. Sed & prius exuorunt il-
lum vestimenti proprii, & induerunt eum
purpura. Joan. 19. Partiti sunt vestimenta
mea sibi, & super vestem meam miserunt sor-
tem. Marc. 15. Ioan. 19.

Alij autem cadebant ramos de arboribus
(Marc. frondes. Joan. ramos palmarum) &
sternebant in via. Marc. 14. Et ministri
alapis eum cadebant. Match. 26. *Alij*
autem palmas in faciem ejus doherunt. Match.
13. Ramos cadebant. Postea Marc. 15. *arun-*
dine percutiebant.

Quid? Et ubi illud: Flagellum non appro-
pinquabit tabernaculo tuo? Philosophus ait:
Virgæ cernuntur Sole vel oriente, vel
præcipitante: nec supra ipsum nec infra;
sed ex obliquo, nec propè, nec procul.
Nunc occidente Sole, non procul, verum
ex obliquo, & propè, & supra, & infra cer-
nuntur virgæ. Centurio ex ad-ersio. Marc.
15. Et milites ex obliquo. *Circumdeit*
me lanceis suis, convulnerunt lumbos meos.
Propè: *Ecce, qui me tradet, propè est, &c. cum*
gladius, fustibus, facibus, &c. Supra *Accepe-*
runt arundinem, & percutiebant caput eius.
Infra: *Accepit spongiam imposuit urunam,*
& dabat ei bibere.

Clamabant dicentes: Hosanna filio David.
Postea: *At illi magis clamabant dicentes:*
Crucifigatur. Benedictus, qui venit in no-
mine Domini, Rex Israël. Benedictum, quod
venit, regnum Patris. Hosanna in altissimis,
id est: *Salvum fac nunc, ot, &c. vel gratia,*
aut gloria in altissimis, in excelsis. Margja.
Pax in cælo, & gloria in cællis. Postea
verò, *Blasphemabant eum. Vah, qui de-*
struit templum Dei. Se saluum faciat. Pax
Rex Iudæorum, juxta Syriacum. Omnia
retorqueat in opprobrium, & pœnam
Salvatoris. Spinae creatæ, ut dolorem mi-
nuant, hic augere faciunt cruciatum. pag.
630. 2. Arundo spinas extrahit, hic alius
figit. pag. 372. 2. Lignum vitale, & benedi-
ctum, ferale faciat, & maledictum: sed
quod maledictionem dabat adhærenti si-
bi, nunc benedictionibus omnia re-
plet, & est palma victoriæ Christi, & no-
stræ. 666.

TERIA

Index ad Conciones.

FERIA SECUNDA POST
Dominicam Palmarum. Joan. 13.

Ante diem festum Pasche, &c. Punctum
151. De sanctissimo Eucharistiae Sa-
cramento. 471. 2.

Theophyl.

Quare hoc unguentum non venit trecentis
denariis? Theophylactus: Judas cum esset
avarus, reprehendit honoris modum.
Quare enim non obrulisti pecuniam, ut
possem furari, sed unguentum? Judas
enim decimabat pecuniam. Punct. 1. Tri-
ginta argenteorum pretium vile, & indi-
gnum. pag. 531. 1. Remigius: Damnum
effusi unguenti vult compensare pretio
magistri.

Remig.

Marc. 14.

Judas Iscariotes, unus de duodecim. Hiero-
nymus: Unus numero, non merito, nomi-
ne, non Numine, corpore, non animo.

Matth. 26.
Glossa.

Abiit. Glossa: Non invitatus, non co-
actus, sed sponte: pretium quoque in vo-
luntate ementium posuit, quasi vilis ma-
cipij. Vide Punctum 1.

FERIA TERTIA POST
Dominicam Palmarum. Marc. 14.

Abiit ad summos Sacerdotes. Glossa: Et
postquam exiit, intravit in eum Sata-
nas. Hic nox nocti indicat scientiam.

Psal. 18.

Unumquodque animal ad sui simile jun-
gitur. Maria currit ad Apostolos, ut dies
diei cructer verbum: Judas ad Judæos, ut
nox nocti indicet scientiam. Punct. 5. Gla-
dij, & fustes. 551. 1.

Ve proderet enim illis, dicens: Quid vultis
mibi dare, & ego eum vobis tradam? Matthæi
26. Vide Anagramma de Juda:

JUDAS ISCHARIOTES.
AH SIC TRADIS JESUM!

Issa har est merces. Et fuit Judas ex Tribu
Issachar, cui tale cognomen ex ipso quo-
que facinore optime convenit: nam mer-
cede vendidit Christum Et Glossa in Mat-
thæum: Tunc abiit. Quarta feria congregati
sunt Principes Sacerdotum, &c. Judas acces-
sit, ut venderet Magistrum. Et hoc ostendit
prophetia Isaia, quæ legitur quarta
feria, ubi dicit: Ecce merces ejus cum eo.
Punct. 1. Tringinta argenteorum pretium
vile, & indignum. 531. 1.

Glossa.

Isaia 62.

531. 1.

FERIA QUARTA MAIORIS
Hebdomadæ. Luc. 22.

Factus est sudor ejus, sicut gutta sanguinis.
Græcè, grumi. Unde Levitici 4. Cum-
quo intinxerit digitum in sanguine, asperget
eum septies contra velum Sanctuarij. Glossa:
Quia Christus carnem suam sanguine
Passionis cruentavit. Verè septies, ut no-
tat D. Bernardus lib. de Passione, cap. 36. &
37. Vide prologum pag. 526. & Punctum
4. Agonia & sudor sanguineus. 545. 2.

Græc.

Levit. 4.
Glossa.

Bernard.

FERIA QUINTA IN COENA
Domini. Ioan. 13

Cœpit lavare pedes discipulorum. Levi-
tici 4. Omnem autem reliquum sangui-
nem fundet in basim altaris. Glossa: Infirmitas
homines signant.

Iudic. 29. Postquam laverunt suos pedes,
recepit eos in convivium.

Genes. 24. Dedit aquam ad lavandos pedes
camelorum, & virorum, qui cum eo venerant,
& appositus est in conspectu ejus panis.

Genes. 18. Afferam paucillum aqua. & la-
ventur pedes vestri. Tertullianus: Abraha-
mi filiorum pedes ad probationem, quod
ipse esset, abluir, reddens in filiis jus ho-
spitalitatis, quod aliquando illi tænera-
verat pater. Et requiescite sub arbore. Infrâ
Inteilin. Sub Cruce. Ponamque buccellam
panis. Marginal. Ponam buccas. Et confortetur
eor vestrum postea transibitis. Interlin.
Margin.

Abdias: Viri pacis tui, qui comedunt te-
cum, ponent insidias subter te. Punctum 6.
Judæ proditio. 551

FERIA IV. IN PARASCEVE.
Ioan. 19.

Et inclinato capite tradidit spiritum,
Vide Punctum 36. super hæc verba.
pag. 764.

1. Reg. 11. Hodie fecit Dominus salutem in
Israël.

Genes. 49. Collegit pedes suos super lectulum
(Crucis,) & obiit.

2. Reg. 18. Hodie nolo te nunciare: filius
enim Regis mortuus est.

Exod.

Index ad Conciones.

Cyrill.

Exod. 24. Erat gloria Domini, quasi ignis ardens super verticem montis in conspectu filiorum Israël. Cyrillus in Isaiæ 33. Ita ut aspectus intolerandus esset spectantibus. Non est specus ei, neque gloria. Dejecit seipsum. q. d. Nunc illum respiciamus. Vide Punctum 36. Tractatus de Passione. pag. 764

Vide etiam Punctum 135. De beneficio Dominicæ Passionis. pag. 488. 1. & Punctum 134. De meditatione Passionis. pag. 492. 2. Huc etiam facit Punctum 161. Christus Cruci affixus peccati gravitatem declarat. 318.2

SABBATO SANCTO.

Ioan. 19.

Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligaverunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudeis sepelire. Vide in Puncto 36. Tractatus de Passione, sepulcrum Domini. pag. 764

DOMIN. RESURRECTIONIS.

Marci 16.

Chryf. ser. 32.

Pro hac Dominica faciunt nonnulla in Punct. 4. Quam cito nos Deus exaudiat. pag. 24. 2. Chrysol. in illud, Et valde mane unâ Sabbatorum, veniunt ad monumentum orto jam Sole. Si valde mane, inquit, quomodo orto jam Sole? Sic nescit Evangelista, quid dicat? Evangelista, quid dicat scit: sed quid audit, qui non didicerit, nescit. Non est erroris ista relatio, veritatis est: nec lapsum patitur sermonis humani, sed rei gestæ cælitus aperit veritatem. Dixerat: Ab hora sexta usque ad horam nonam tenebra facta sunt. Ergo Sol, qui præter horam, ut Domino compateretur, abcesserat, claritate, cum resurgeret Dominus, ante tempus occurrit: & qui, ut suo cognosceretur Auctori, ipsam meridianam suam mortificaverat claritatem, ut consurgeret Auctori suo, evictis tenebris antelucanus erupit. Valde mane, quia tunc Sol, ut mane faceret, manicavit, & qui ante noctem fugerat, nunc ipse noctem prævenit fugaturus, ut Speranza Scriptura selecta.

reddat luci nox horas, quas terror Dominicæ Passionis invaserat. Huc etiam nonnulla faciunt in Punct. 26. Quod Deus misericordiâ magis utitur, quam iusticiâ. 110.1

Et vidit linteamina posita, &c. Ioan. 20. Punct. 33. De peccati occasione relinquendâ. 141.2

Maria Magdalena, &c. emerunt aromata. Iudæi emerunt mendacia: Dicite, quia discipuli eius venerunt nocte, & furati sunt eum. Matth. 28. Chrysol. serm. 76. Inter hæc Iudæi crimina aut male emunt sua, aut distrahunt pejus aliena, dum peccata taxant pretio, dum pecuniâ taxant, & compensant delicta. Sic Iudam comparant traditorem Domini sui, & pretio Redemptoris mundi sanguinem pensant. Vide pag. 551. 1. Isti pensant pecuniam, Michaël eos postea pensitabit. Idem Chrysol. serm. 80. Qui dant pecuniam, non perdenda comparent, sed servanda. Iudæi, vendente Iuda, emerunt, ut perderent Christum, nunc pecuniam copiosam, ut se, legem, templum, patriam perderent, effuderunt, &c. Punct. 1

Matth. 28. Chrysol.

Idem.

Emerunt aromata. Ita Discipulus ille fecerat, qui venerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ, & aloës quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligaverunt illud linteis cum aromatibus. Iudæi, non aromata, & mixturam myrrhæ, & aloës, sed myrrhatum vinum cum selle mixtum paulo antè propinaverunt. Punctum 34. Sitio. 752

Matth. 27. Mare. 15.

Iesum quæritis Nazarenum crucifixum. In Passione vocatur Rex, in resurrectione crucifixus. Ambros. lib. 7. cap. 9. Prohibentur ergo Apostoli evangelizare eum Dei Filium, ut evangelizaret postea crucifixum. Iesus Nazarenus, Rex Iudeorum. Et in gloriâ positus lætatur de passionis nomine. Tertullianus notat Genesis 2. Tertull. sexta die Deum, Dominum vocari. Rupertus autem ait, sexta feria Passionis Rupert. Christum Dominum præcipue nominari: Domine, memento mei Luc 23. In Crucifixio. Luc. 23. Punct. 27. 662.1

Tertull. Genes. 2.

Rupert.

Luc. 23.

662.1

d

Videte

Index ad Conciones.

Videte locum, ubi positus erat. Quis Dominus? Ille certo, quem latro agnoscebat, & vocat: Domine memento mei.

FERIA II. PASCHÆ.
Luc. 24.

T solus peregrinus es in Ierusalem, & nos cognovisti, qua facta sunt? Qua? Qua! Punctum 14. Nocturnæ pœnalitates. 788
O stulti, & tardi corde ad credendum! Punctum 22. De motivis fidei 90.1
Et cœgerunt illum dicentes: Mane nobiscum, quoniam advesperascit. Punct. 87.
De hospitalitate. 277.1
Cognoverunt eum in fractione panis. Vide in Puncto 18. pag. 609.

FERIA TERTIA PASCHÆ.
Luc. 24.

Psal. 27.

Videte manus meas, & pedes meos. Nam in Psal. 27. dicitur: Foderunt manus meas, & pedes meos. Punctum 37. De quinque plagis. 768
Necessè est impleri omnia, que scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me. In Prologo, pag. 317. & in Puncto ultimo 37. 768

DOMINICA IN ALBIS.
Ioan. 20.

Marc. 13.
Ioan. 19.

Cum esset sero die illa, una Sabbathorum, & fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter metum Iudeorum. O quot hodie hoc metu percussu prodire non audent, ut ille nobilis Decurio occultus quondam propter metum Iudeorum! &c. In Puncto. 20. pag. 72.1
Cum esset sero. De divino auxilio non desperandum, in Puncto. 4. & 6. pag. 24. & 24.2.34.2.
Pax vobis. Et ostendit eis manus, & latus. Pax summa est in Christi latere, & plagis. Punctum 37. De quinque plagis. 768.
Nisi videro, &c. non credam. Punct. 118.
De abnegatione iudicii. ac intellectus. 368.2.
Item. Nisi videro in manibus ejus fixuram clavorum. Eidem quasi claram ex-

vulneribus Salvatoris invenit Thomæ infidelitas. Vide Punctum 37. De quinque plagis, & præcipue pag. 768
Beati qui non viderunt, & crediderunt. Punct. 119. Res Dei non curiositate, ac subtilitate ratiocinationis, sed humili intellectu captivatione intelligi. 369.2

DOMINICA SECUNDA
post Pascha. Ioan. 10.

Ego sum pastor bonus, &c. Et vocem meam audiam. Nota verarum Christi oviû, auditio, ac recognitio vocis Dei. Insignis est ovis in sensu auditus: sicque excellat anima in auditione divinæ vocis. Ut illa excellebat! Vox dilecti mei, vox dilecti mei.

Saule, Saule, quid me persequeris? Quid es, Domine?

Samuel, Samuel, Ut proinus surrexit! Audi, Israël, Deus, Deus tuus, Deus unus est. Vbi Ambros. Prima vox Dei dicit tibi, Audi. Non loquere, sed audi.

Sic autem omnis homo reflex ad audientium, tardus autem ad loquendum.

In consecratione Sacerdotis extremum auriculæ sanguine victimæ fingeatur, quod sacrificium consecrationis, vel consummationis dicebatur, quasi primus consummata hominis perfectionis gradus in auditione consistat.

Aures autem perfecisti mihi. Chald. Aures autem ad auscultanda præcepta tua, formasti mihi. Psal. 37.

Muranulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento, ad ornandas nimirum aures, divinisque iussionibus obtemperandum. Sic Ansel. & Bern.

Iob: Dederunt ovem unam, & in avem unam. Ut junguntur! Sed quid? ut eum Dominus ditiozem faciat, inauribus onerat? Theaurum dedit in aurium, quo intelligeret, preciosissimum esse theaurum aurem audientem. Sic ibidem Greg. Perfectam viri Dei auditionem norat, quo qualiter Deus in tribulationibus, sive rebus prosperis audiatur, discere possumus.

Gedeon

Index ad Conciones.

Iudic. 8. Gedeon ad suos: *Date mihi inuivres ex prada vestra.*

Amos 3. *Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auricula: sic eruentur filii Israel. q. d. Si auricula adhuc servata est, non omnino perit. Annoi Centurio in ore leonis? Sed extremum auriculaz erutum fuit: Videns quia sic clamans expirasset. Ergo ad vocem credidit, inquit Bernard. Ex voce cognovit: erat enim fortasse ex ovibus ejus, de quibus ait: Vocem meam audient. Clamor ille per aures introivit, & eum clamare fecit: Verè Filius Dei erat iste. Huc faciunt plurima in Punctis de Inspirationibus. 295.1. pag. & seqq.*

Matth. 27. Item: *Ego sum Pastor bonus. Bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis. 1. Reg. 17. Pascebat servus tuus patris sui gregem. & veniebat leo, vel ursus, & tollebat arietem de medio gregis, & persequeretur eos, & percutiebam, eruebamq. de ore eorum. Christus à Patre diligitur: quia pro ovibus animam suam ponit. Punct. 27. Crucifixio. 66.1*

1. Reg. 17. Item: *Ego sum Pastor bonus. Bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis. 1. Reg. 17. Pascebat servus tuus patris sui gregem. & veniebat leo, vel ursus, & tollebat arietem de medio gregis, & persequeretur eos, & percutiebam, eruebamq. de ore eorum. Christus à Patre diligitur: quia pro ovibus animam suam ponit. Punct. 27. Crucifixio. 66.1*

DOMINICA TERTIA POST Pascha Ioan. 16.

Molucum, & iam non videbitis me, &c. Punct. 126. De brevitate hujus vite, & quàm eisdè mois veniat. 390.2. *Tristitia vestra vertetur in gaudium. Punct. 49. Labores in requiem, tristitia in gaudium, tribulatio in gloriam convertitur. 186.2*

Et gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Punct. 148. Pro æterno præmio laborandum, &c. 458.2. Et supra, de securitate, ac æternitate gaudii. 456.2

Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora ejus. Sciens Iesus, quia venit hora ejus, ut transeat ad Patrem. Horæ ejus, hora Passionis. Punct. 14. Nocturnæ cenaritates. 588.1

Vt transeat ad Patrem. Ioan. 13. Quia vado ad Patrem, Ioan. 13. Vbi Glossa: Et quomodo? Scilicet, per Passionem.

Cum autem peperit puerum (latronem convertens) iam non meminit pressura propter gaudium, quia natus est homo in mun-

dum. Interlin. Id est, in vitam æternam. Inter. Punctum 2. Tristitia, & horror in horro pag. 534.1. Et pag. 531.1. & Punctum 31. De Latrone. 435.2

DOMINICA QVARTA POST Pascha. Ioan. 16.

Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum. Ioan. 16. Punct. 117. De abnegatione propria voluntatis. 357.2.

Tristitia implevit cor vestrum. Punct. 109. Quod possumus abnegare passiones, sed non omnino tollere. 318.2

Cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de justitia tam injusta, & iudicantes Dei filium legis transgressorem, &c. Euthym. & condemnantes eum morti. pag. 652
Princeps hujus mundi iudicatus est. Et ut Interlin. ait, foras missus.

DOMINICA QVINTA POST Pascha. Ioan. 16.

Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis. Ioan. 16. Punct. 3. Deus abundè concedit. Item Punct. 4. Quàm cito Deus exaudiat. 24.2. Item Punct. 63. Quid, & quomodo postulandum? 19.1. Huc facere possunt omnia Puncta de oratione.

Exiit à Patre (per æternam generationem, velut ait Lyran.) & venit in mundum (per carnis assumptionem.) Christus, ut pateretur, in mundum venit, & passibilem carnem ideò accepit. pag. 611.2

ASCENSIO DOMINI. Marc. 16.

Entes in mundum universum, predicatè Evangelium omni creatura. Nos autem predicamus Christum crucifixum. Hunc prædicaverunt. Et ego cum venissem ad vos, veni non in sublimitate sermonis, aut sapientie. Non enim judicavi me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc cruci-

Index ad Conciones.

crucifixum. Non librum alium legamus, quam Crucifixum: Bernardus hic doctus factus fuit. Christus liber. pag. 611. 2. *Viri Galilaei, quid statis? De affectuum terrenorum evulsione, fuse à pag. 221. 1.*

DOMINICA INFRA OCT.

Ascens. Ioan. 15. & 16.

Cum venerit Paracletus, &c. Disponit Apostolos ad Spiritus Sancti desiderium à suis effectibus: sed quis eos recenseat? Perductus quondam Propheta Ezechiel in campum, qui erat plenus ossibus aridis, sicque vehementer, audivit: *Fili hominis putatne vivent ossa ista? &c. A quatuor ventis veni, spiritus, & insuffla super interfectos istos, & reviviscant. Et ingressus est in ea spiritus, & revixerunt, steteruntq; super pedes sicut exercitus grandis nimis valde. Quid hoc! Hugo Card. Spiritus Sancti effectus. O quam saepe videre est nonnullos arentes, sine alio devotionis humore, à quibus, an Spiritum Sanctum expectent, si quaras: Neque, si Spiritus Sanctus est, audivimus, respondebunt. Ossa arida, siccaque vehementer. Sed intrat in eos aliquid Spiritus huius, ut succrescent! ut reviviscant! ut per charitatem, & amorem accedent! ut per fortitudinem stabunt, ut exercitus grandis nimis valde! O effectum huiusce Spiritus, qui mortua vivificat! Spiritus est, qui vivificat. Qui propterea initio quasi vivificans, vimque prolificam tribuens, Ferebatur super aquas, vel volitabat, aut incubabat, sive insuperflabat super aquas, &c. Et inspiravit in faciem eius spiraculum vitae, & factus est homo in animam viventem.*

Ezech. 37.

Hugo Card.

Ioan. 6.
Gen. 1.
Hebr.

1. Reg. 10.

Procop.

Vita spiritus vivificat, ut qui non nisi vitam carnis vivebat, vitam spiritus vivat, adeo ut de aliquibus illud dici possit: *Vos in carne non estis, sed in spiritu. Nova vitam vivant. Insilet in te spiritus Domini, & mutaberis in virum alterum.* Nam illi, qui agrestis erat, & terram tantum colere noverat, ut inquit Procopius, delecto in Regem regium animum indidit, &c. Erit aliquis, qui non nisi terrena sapiat, &c. intrat Spiritus, & terram calcat. *Isaias:*

Mutabunt fortitudinem. Iuxta alios: Renascentur alii.

Isai. 40.

Annos alii, qui non nisi prius vitam carnis vivebant, nullisque tentationibus resistebant, ubi hic Spiritus in eos intrat, fortes fiunt, resistunt omnibus! *Irruit Spiritus Domini in Samson, & dilaniavit leonem. Petrus ante hunc Spiritum ut timidus, qui dum mortem timuit, vitam negavit! Sed &c. Sedete hic, donec induamini virtute ex alto.*

Iudic. 14.

Hunc Spiritum his diebus exoremus: *Emitte Spiritum tuum, & creabuntur (nova cogitationes, nova opera) & renovabis faciem terrae. Qui dat statum populo, qui est super terram, & Spiritum calcantibus eam. Vbi licet: His solum dat Spiritum, qui terrena desideria calcant. Non permanebit Spiritus meus in homine in aeternum, quia caro est. Spiritus, quem mundus (amator mundi) non potest accipere.*

Bern. ad illud: *Nisi ego abiero, Paracletus non venit ad vos. Grande mysterium, in-*

Ascens.

quit: Itane invisam Paracletum praesentiam Christi; aut contubernium dominicae carnis? Quid ergo est, *Nisi ego abiero, &c.* quam, Nisi carnis praesentia vel extris subtrahatur aspectibus, spiritualis gratiae plenitudinem occupata mens non admittit; non recipit animus, non capit affectus. Audeat ergo quis, de cetero phantasticis quibusdam illecebris deditus, sectans leuocinia carnis suae utique peccatricis genitae in peccatis, assuetae peccatis, in qua denique bonum non est, illum pariter expectare Paracletum? Audeat, inquit, qui carnem fovet, carnem sapit, illam nihilominus consolationem supernae visitationis expectare? Errat omnino, si quis caelestem illam dulcedinem huic cineri, divinum illud balsamum huic veneno misceri posse arbitrator, &c.

Paremus nos igitur ad hunc Spiritum recipiendum, cumque quotidie cum Apostolis exoremus: *A quatuor ventis veni, Spiritus. Vbi Galfridus: A duobus expectabat, & vocabat sponsa: Surgo, Aquilo, & veni, Auster. Nam ex timore iudiciorum concipitur Spiritus: A timore tuo, Domine, concepimus, &c. Item ex desiderio, & affectu quasi ab Austro venit, &c. Venit.*

Ezech. 37.
Cantic. 4.

Index ad Conciones.

Venit etiam ab Oriente beneficiorum Dei, & ab Occidente, hoc est, dolore peccatorum: ab his hic spiritus evocandus.

*Psal. 67.
Alii.
3. Reg. 18.*

O nos felices, si hunc spiritum acceperimus! *Pluviam voluntariam.* Alij, *Liberalitatum, charismatum, donorum, &c.* Hanc cum Elia petamus, qui pronus in terrâ posuit faciem suam inter genua sua, & ecce nubescula, &c. & facta est pluvia grandis. Huc facit *Punct. 6.* 34 2

Interlin.

Item, *Cum venerit Paraclitus, &c.* ille testimonium perhibebit de me. *Interlin.* Quia tanto miraculo, quod qui putabatur mortuus, resurrexisset, & vivere probatus est, Christus idem voluit resurgere cum cicatricibus, ut probaret, eum tandem esse, qui passus fuerat, & in cælis semper habebit, & in iudicio ostendet. *Punct. 57. De quinque plagis.* 768

DOMINICA PENTECOST.
Joan. 14.

De Greg.

ET ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. *Greg. Penfate, Fratres charissimi, quanta sit ista dignitas, habere in cordis hospicio adventum Dei. Sed quid est, quod in quorundam corda venit, & mansionem non facit, nisi quia per compunctionem quidem Dei respectum percipiunt, sed tentationis tempore hoc ipsum, quod compuncti fuerant, obliviscuntur, sicque ad perpetranda peccata redeunt, ac si hæc minime planxissent? quod. Receperunt quidem, ut credi potest, Spiritum Sanctum, sed veluti Saul in extremâ civitatis parte perunctus, gratiam proiciendi acceperunt.*

*Sap. 11.
Bonaven.
Galfrid.*

Spiritus Sanctus disciplina effugiet fictum. Bonav. peccatorem, hypocritam. Et auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu. *Galfridus:* Cogitatio sine intellectu carnalis est & secularis, sola animo versans visibilia, & caduca, quales in gremio Dalilæ fuerunt cogitationes Samsonis, à quo postea Spiritus recessit. Et corripitur. *Hugo Card.* id est, expelletur à superveniente iniquitate. Non enim recedit, subdit *Hugo,* nisi expulsi,

Hæc Deum percupidum commorandi

in animâ, ab animâ expelli! Apud *D. Lucam,* ubi dixit Deus: *Quanto magis Pater vester de cælo dabit Spiritum bonum, vel ut Luc. 11. transfert Isid. Clar. Spiritum Sanctum peccantibus se?* Intulit illud de imundo spiritu: *Cum immundus spiritus exierit ab homine, perambulat per loca inaquosa, quarens requiem: & non inveniens dicit: Revertar in domum meam, unde exivi. Sed heus tu, nescis hospitem Deum? Beda:* Timendus est iste *Beda.* versiculus, non exponendus: apud quosdam hospes quidem est Deus: sed vix unius diei. *Et cum venerit, inveniet eam scopis mundatam, &c.* Quis eum jam domo ejecit? *Humana instabilitas, & inconstantia.* Quid mirum, si ut bene notat *Bonavent.* regrediens ille assumpsit se. *D. Bonaven.* cum septem alios spiritus nequiores se, *in Luc. 11.* ut anima, quæ Spiritum Sanctum cum suis donis ejecerat, septem malos spiritus cum suis vitiis inhabitantes haberet? Quæ vitia *Bonaventura* dicit opposita donis Sancti Spiritus: opponitur enim sapientiæ luxuria, intellectui gula, confusio avaritia, fortitudini acedia, patientiæ ira, pietati invidia, timori superbia, &c.

Ut *David* peregrinæ concupiscentiæ locum dedit! Ut propterea ploravit in *Psalmo,* cuius est titulus: *Psalms David. Psal. 50.* *vid. cum venit ad eum Nathan Propheta, quando intravit ad Bethsabæ. Cor mundum crea in me, Deus. & spiritum rectum innova in visceribus meis.* *D. Hieron.* Et spiritum stabilem innova in visceribus meis. *D. Hier.*

In *Gen.* Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, (ut ego cuperem) quia caro est, quod est, instabilis, & inconstans. Quotidie patet. Videbis illum hodie magno cum spiritu, &c. Sed quid? *Abdita x.* *Abdias:* Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma (Iacob, & Ioseph, luctator, & accrescens,) sed & domus Esau stipula, quæ mox extinguitur, *Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens. Nubes, & ventus, & pluvia non sequentes, vir gloriosus, & promissa non complens. O quanta promittit! sed & quàm pauca compler! Dilexerunt eum in ore suo, & lingua suâ mentisunt ei, cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt* *Prover. 25.*

Index ad Conciones.

- Hebr. *in testamento ejus. Hebr. Nec permanserunt in pacto ejus. Humana videlicet inconstantia.*
- Exod. 3. & 16. *Quam videre est in filiis Israël sub tyrannide Pharaonis clamantibus, ad eum ut dixerit Deus: Clamor filiorum Israël venit ad me. Sed mox egressi dicebant: Vitam mortui essemus in Aegypto, quando sedebamus super ollas carniū. Neque hīc eorum inconstantiae finis. Deficit aqua. At Deus: Loquimini ad petram, ut scilicet perennitatis certos redderet. Egent pane, pluit manna, sed mox: Anima nostra jam naufragat. Coturnices volunt: His etiam replentur ad nauseam. Vnde indignatus Dominus pro hac insatiabili inconstantia, percussit populum plaga magna nimis, vocatusq; est locus ille, sepulera concupiscentiae, ibi enim sepelierunt populum, qui desideraverat. q. d. Hic tandem jacent, sepultaque sunt humanae inconstantiae, instabilitatesque cordis humani.*
- Num. 11. *Plerisque Psalmis titulus est: Pro his, qui commutabuntur. Alii: Pro liliis. Symmac. Pro foliis. O quam oler liliū! o quam candidum! sed tactum, penē diximus, conspectum, ut languet, ut odorem amittit. Pro foliis, quae ad omnem vel tenuem flatum moventur. Video homines, sicut arbores ambulantes. Chrysol. arbores, ac frondes ait vocari ob inconstantiam. Annon frons, foliumque David ad mollem auram ex solarario perflantem? qui tamen prius dixerat: Ego dixi in abundantia mea. Non movebor in aeternum. Et in te, Domine, speravi, non confundar in aeternum. cui Psalmo titulus est: Pro ecclasi. Quid? paulo ante in ecclasi, nunc in carne, infixus in limo profundi! Humana fragilitas, & constantia. Et spiritu principali, vel potenti confirma me.*
- Chrysol. *O quam benē, potenti! Hinc, Fratres mei, tam fragiles, tamque debiles sumus, ut nulli passioni resistere valeamus, quia potenti hoc spiritu confirmari nō postulamus. Irruit Spiritus Domini in Samson, & dilaceravit leonem quasi hœdum in frustra discerpens. Idem vincula dirupit, stragemque Philisthæorum edidit. Quā virtute? Irruit Spiritus Domini in eum. Sic ubi Spiritus Domini induit Gedeon, univer-*
- Hebr. *los Dei hostes profligavit: & mox ut factus. Spiritus Domini super Iephthæ, Ammonitas invasit. Idem Samson statim ac cæcus oravit: Restitue mihi, Domine, fortitudinem meam; & columnas conculsit, & templum Dagon evertit, & inimicos occidit. O si hoc Spiritu indueremur! o si hic Spiritus Domini in nos irrueret! ut difficultatum vincula solveremus! ut hostes omnes profligaremus! ut idola everteremus!*
1. Reg. 7. *Dum Samuel offerret holocaustum, Philisthim inire praelium contra Israël. Invenit autem Dominus fragore magno in die illa super Philisthim, & exterminavit eos, & cæsi sunt à filiis Israël, egressiq; persecuti sunt eos usque Bethchar. Tulit autem Samuel lapidem unū, & posuit eum Masphath, & inter Sen, & vocavit nomen loci illius, Lapis adjuvioris, dixitque: Hucusq; auxiliatus est nobis Dominus. Et humiliati sunt Philisthim, nec apposerunt ultra, ut venirent in terminos Israël. Appositissima rei figura. Verus Samuel, Christus, Philisthim, invisibiles inimici, bellum, tentationes, sacrificium, Agnus immaculatus. Vbi seipsum Christus obtulit. Factus est repente de celo Jonas, tanquam adventantis spiritus vehementis. & ecce hostes fugantur usque Bethchar, hoc est, domum agni, vel domum cognitionis. Lapis, lapis adjuvioris. Hucusque auxiliatus est nobis Dominus, &c. Huc facit Punct. 31. pag. 134. 2.*
- Hebr. *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Pax Rex Iudaeorum, juxta Syriacum. Sed isti dicunt: Pax, pax, & non est pax, sed potius bellum in die belli. pag. 551. 1*
- Ierem. 6. *Ipse enim est pax nostra, qui nobis dat pacem super pacem. Pax à Passione Christi nobis provenit.*
- FERIA II. PENTECOSTES.
Ioan. 3.
- Sic Deus dilexit mundum, ne Filium suum unigenitum (& Spiritum Sanctum Patetrum) daret. Quid ultra? O incendia amoris, & charitatis! Et erit domus Ioseph flamma. Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut accendatur? Ignis à facie
- Judic. 11. Judic. 16.
- Abdia 1. Lam. 12.
- Psal. 17.
- Hebr.

Index ad Conciones.

facio dñs exarsit, carbones succenss sunt ab eo.

Sed, quid est, quod cum hisce diebus totus ardeat mundus, nos calorem hunc maximum non sentimus? Inflammatur Orbem in spiritu ignis, & in spiritu ardoris, nec est, qui se abscondat à calore ejus: nos soli frigidi sumus: nos soli Salamandræ infelices circumcincti flammis flammam haudquaquam sentimus. Verè, verè non stante Deo, sed Dei inimico, concreverit in nobis gelu, gelatq; crystallus. O, ubi illa incendia, quæ primitus in quorundam corde ardebant! Heu, & erunt populi quasi de incendio cinis. O incendia Apostolorum! Quid erat illud, omnia relinquere, seseque penitus denudare, nisi hoc sancto incendio uri? Quid erat pellem exuere, nisi tanto Spiritus Sancti igne afluare, ut pellem ipsam faceret abicere? *Ossa mea, sicut cremum, aruerunt.* Sic postea Laurentius, sic Franciscus, sic Catharina; sic Philippus. Et factus est in corde meo quasi ignis ardens, claususq; in ossibus, (propterea circa hoc corruptis, ac dilatatis) & deseci ferre non sustinens. O amoris incendia!

Et tamen ea nos minimè sentimus. Vbi Dominus super montem Sinai descendit, mons fumigare cepit, sic ubi Spiritus adest, fervor apparet. O nos miseros, qui nec caloris scintillam emittimus, quia videlicet eam non habemus! Tandem scilicet in Babylonia demorati sumus, ut igniculus contutatus aqua ad eò crassa effectus sit, ut accendi nequaquam posse videatur. Primum illi locum non inveniabant: sic fieri non posse videtur, ut locum, modumque invenire sciamus, quo aliquid spiritus, & caloris concipiamus. Tum culpans eos Ieremias dixit, quòd ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationem, &c. Tandem aqua crassa inventa est, quæ respersti lapides ignem conceperunt. *Instit lapides majores profundi, quod ut factum est, ex eis flamma accensa est.* Nos adhuc congregatâ congregatione frigidiores, duriores lapidibus sumus. Illi in venis ignem habent, nos in corde scintillam non habemus?

Memini legisse, cujusdam Regis cada-

ver penitus concrematum, cor tamen nunquam concremari potuisse. Rem demirati, cor illud veneno infectum repererunt. Bernardus: Errat, errat omnino, si quis divinum hoc balsamum (caelestem hunc ignem) huic veneno misceri posse arbitratur.

August. O ignis, o ignis, qui semper ardes, & nunquam extingueris, accende me. Huc facit materia de Beneficiis, per quæ cor nostrum accenditur, ac inflammatur. pag. 465. 2.

Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret. In mortem, in manibus inimicorum. Filius datus est nobis ex amore, & seipsum dedit Iudæ, & Iudæis. In Prologo. pag. 526. Puncto 7. Judæ proditio.

FERIA III. PENTECOSTES.
Joan. 10.

Qui autem intrat per ostium, &c. Ego sum ostium. Augustinus de verbis Domini, serm. 49. Intrat per ostium, qui intrat per Christum, qui imitatur passionem Christi, qui cognoscit humilitatem Christi. De Christi humilitate Punctum 27. pag. 662. 1. De ostio in latere arcæ, plaga lateris Christi, per eam intramus in salvationem. Punctum 37. De quinque plagis. 768.

Huius ostiarii aperit. Juvat credere, ab unoquoque hisce diebus Spiritum sanctum receptum tam copiosè diffusum, ut verè incapax ille sit, qui eum non receperit. *Effundam de Spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filii vestri, & filia vestra: senes vestri somnia somniant, & juvenes vestri visiones videbunt. Sed & super servos, & super ancillas effundam Spiritum meum.* Joel. 2.

Quid accepistisne illum? Nescimus certe, dicetis: sed credimus, & confidimus accepisse. Rectè quidem: ergo præsentia ejus effectus attendite. Bernard. Ex motu cordis (sicut præfatus sum) intellexi præsentiam ejus, & ex fugâ vitiorum, carnaliumq; compressione affectuum, adverti potentiam virtutis ejus, & ex quantulaquaq; emendatione morum meo.

Isai. 33.

Ierem. 23.

Exod. 19.

2. Mach. 2.

Wis. 2.

Bernard.

August.

Isai. 9.

August.

Joel. 2.

D. Bern. serm. 74. in Cant.

Index ad Conciones,

ineorum, & ex renovatione, ac reformatione spiritus mentis meæ, &c. Et paulò superius: Mox ut intus venit, cepit evellere, & destruere, ædificare, & plantare, rigare arida, tenebrosa illuminare, clausa referare, frigida inflammare, necnon & mittere prava in directa, & aspera in vias planas, &c. Quid in vobis, Fratres? Estne vitiorum fuga? Estne carnalium affectuum compressio? quantulaquæque morum emendatio? quid evulsum? quid destructum? quid ædificatum? quid plantatum in vobis? Heu aridiores, &c.

Exech. 37.

Proprium est Spiritus Sancti unire: amor, & nexus est. *Accesserunt ossa ad ossa.* Vnde id, quæso, *Ingressus est in ea Spiritus.* O quàm unanimis domus, in quâ divinus hic Spiritus adest! De hoc in Psalm.

Psalm. 67.
Symmac.

Qui habitans facit unius moris in domo, vel cum Symmac. *Qui combinare facit combinationes fratrum inter se.* O divinam hujus Spiritus virtutem, per quam diversarum naturarum homines combinantur!

Ezech. 1.

Hoc vidit Ezechiel, currum videlicet à quatuor diversissimarum naturarum animalibus pertractum. Vnde hoc? *Vbi erat impetus Spiritus, illuc gradiebantur.* Sic ille leo, alius aquila, ille bos, hic tardus, ille celeris naturæ, ac velox in operibus suis, adsit Spiritus, combinat eos, sub Christi jugo facit unanimes, uniusque moris in domo.

Psalm. 132.

Ecce quàm bonum, & quàm jucundum? Non solum bonum, sed etiam jucundum. Quid? *Habitare fratres in unum.* At unde hoc bonum? *Sicut unguentum in capite,* quod, &c. Greg. Olei, vel unguenti nomine ipsa Spiritus Sancti unctio designatur.

1. Reg. 16.

Spiritus mali est scindere, qui propter eam concordiam tolerare nequit. Quid est, quod percutiente citharam David, recedebat spiritus Saulis? Solvamus hoc alterâ dubitatione. Quid est, quod Elifeus, auditâ citharâ, repletus est Spiritu, factaq; est super eum manus Domini, nisi quia Spiritus Sanctus concordiam amat spiritus malus concordiam non tolerat?

Et de hoc per Habac. *Facies homines, quasi pisces maris,* id est, intractabiles, ac

indisciplinabiles, quales ex Arist. & Plinio, iploque experimento sunt pisces.

Hinc damna, &c. Daniel. 2. statua illa ingentis magnitudinis solo lapilli icthi prolapsa narratur. Vnde? Diversis constabat metallis sibi invicem vix cohererentibus, nec anima, nec spiritu informatis. Quid mirum, si lapillus omnia comminuit, si cuncta in favillam redegit? Huc faciunt, quæ adnotata sunt in Punct. 111. de charitate proximi. p. 327. 2. & supra Punct. 68. 251.2

DOMINICA TRINITATIS.

PRO hac Domin. facit Punctum 119. Res Dei non curiositate, ac subtilitate ratiocinationis, sed humili intellectus captivatione intelligi. pag. 369.2

Evangelio docete omnes gentes. Beda: Beda. Qui ante Passionem suam dixerat: *In viam gentium no abieritis,* surgens à mortuis, dicit: *Ite, docete omnes gentes.* Christus post Passionem magis innotuit. p. 692 Pro secundo Evang. *Esote misericordes.* faciunt Puncta de Eleemosyna à p. 253.2. ad 277.1.

FESTVM CORPORIS Christi. Ioan. 6.

PUNCTUM 15. 1. De Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento. pag. 475.1 *Qui manducant hunc panem, vivet in æternum.* *Vivet.* In me, qui sum vita, ait Interlin. & Christus in nobis manet: *Ecce Interlin. ego vobiscum sum usque ad consummationem* Matth. 28. *faculi,* in Sacramento Altaris. Quotidie in Altari immolatur sacrificio illo incremento, ut ille injunxit: *Hoc facite in meam commemorationem.* Luc. 22. Lyran. Quia Lyran. Eucharistiæ consecratio est quædam Dominicæ Passionis rememoratio. Vnde Paulus: *Quotiescunq; manducabitis Panem hunc, & Calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis.* Et ecclesia canit: *O sacrum convivium, in quo Christus sumitur, recolitur memoria Passionis ejus.* Semper igitur in memoria retineamus Christi Passionem Punctum 17. Crucifixio. 662.1

DOMI-

Index ad Conciones.

DOMINICA INFRA OCT.
Corporis Christi. Luc. 14.

Punct. 152. De præparatione bonâ, & malâ accedentium. 478.2

Glossa.

Misit servum hora cœna, &c. Glossa: Christo enim immolato, introitus regni patet. Passio cœlum aperit. 661.1

Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam Iuga bouum emi quinque, & eo probare illa. O imprudentiam! Emit, & ignorat, quid emat. Non nisi probi verè prudentes. Arist. Lumen prudentiæ ex Sacramentis. Deiq; servitio. Prov. 31. Consideravit agrum, & emit eum. Non emit, & postea confideravit. At unde hoc lumen prudentiæ? Et panem otiosa non comedit.

16. Ethic. 12.
Prover. 31.

Mensa panum propositionis coram candelabro, ut inditio esset, cœlesti nostro pani conjunctum esse lumen.

Introduxit me in cellam vinariam. Chald. In domum gymnasi doctrina. Et cognoverunt eum in fractione panis. Lucæ 24. 35.

Cant. 2.
Chald.

Sapientia clamitat, &c. O insipientes, venite, comedite panem. Punct. 151. Quodd sacramentum intellectum illuminet. p. 286.1. Item, Iuga bouum emi quinque. Punct. 133. De abnegat. sensuum. 206.1. & seq.

Luc. 23.
Glossa.

Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam. Iste vadit videre agrum: Simon autem rure veniens Crucem portat. Apprehenderunt quendam Simonem Cyrenensem venientem de villa, &c. Luc. 23. ubi Glossa: Sed Simon venit de villa, id est, de pago, à quo pagani, qui à civitate alieni, urbanae sunt conversationis ignari. Sed Simon pago egrediens Crucem portat post Iesum, cum populi Gentium pagani ritibus derelictis obedienter amplectuntur vestigia Dominicæ Passionis.

Iuga bouum emi quinque. Accipetantum jugum Domini suave gratis: non est necesse, ut emas. Crux Christi levis est. Punct. 26. Crucis bajulatio. pag. 655. Augustinus de verbis Domini serm. 33. Vide Punctum 37. de quinque plagis. 768

Exi in viam, & spes, & compelle intrare. Sepit viam Christus spinis, ut nos redu-

Speranza Scriptura selecta.

car ad se, unde paulò post dicit: Et qui non bajulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus. Punctum 21. Spina. 630.2

DOMINICA TERTIA POST
Pentecosten. Luc. 15.

Congratulamini mihi quia inveni ovem Chrysol. Chrysol. serm. 168. Pastorem bonum, Pastorem pius, qui in unâ ove, hoc est, in Adam posuerat totum gregem generis humani: sed illa vocem Pastoris oblita, dum lupinis ulularibus credit, & caulas perdidit salutaris, & tota lethali-bus est fauciat vulnerebus. Et homil. seq. Christus ad ovem venit errantem, & miserandis discursibus attritam misericordibus humeris sublevavit ad cœlum, & onustus pecore pio inaccessas lupis pervenit ad caulas. Punct. 21. Spina. 630.2

Desertum vocat cœlum, Paradisum caulam nominat: quia in ejus nativitate stabulum Paradisus effectum est, & desertum, velut viridarium: Latere, deserta, & invia. Ita in Passione, & morte ejus Infernus Paradisus evadit. Et Diabolus nolebat eum memori: Meruebat siquidem (ait de Cruce, & Passione Domini Athanasius) ne secundum illam Scripturam ascendens in altum Crucis, captivam duceret captivitatem. Victus videbatur, sed exiit triumphator. Punct. 27. Crucifixio 662.1

Ephes. 4.

Gaudium erit in celo coram Angelis Dei, &c. Vix leguntur poenitentes sine Angelis. In Exodo per illud desertum semper comites Angeli. In Galgalis, ut lætabatur Angelus ob poenitentiam populi, & lacrymas, quas effundebat. In deserto ad Christum Dominum pro nobis poenitentiam gerentem ut Angeli accesserunt!

Judic. 2.1.
& seqq.

Nec solum Angelos, sed ipsam Angelorum lætitiâ, Deum nostrum, lætificat poenitentia. Oblationem meam, & panes, & incensum odoris suavissimi offerre per tempora sua. Alia litera: Munera mea, da-

Numer. 28.
Alit.

e ta ma,

Index ad Conciones.

Orig. hom. 23. in Num. *na mea, hostias meas in odorem suavitatis ob- servate, ut offeratis mihi in diebus festis meis.* Vbi Orig. Habet Deus dies festos suos: Est enim ei magna festivitas, salus hu- mana.

2. Reg. 5. *Vt è contrario dolet! Non est, qui agat pœnitentiam de peccato suo! O quam pauci veri pœnitentes! Heu quorundam pœnitentia, Azotiorum pœnitentiam æmulatur: Cùm enim illi vellent exol- vere aliquid pro peccato, eumque de re- mittenda Arca Domini cogitarent, eò quòd fieret manus Domini super eos in- tectionis magnæ; inierunt consilium, & fecerunt sibi fellas pelliceas, ut scilicet sederent sine dolore. O delicatam quo- rundam pœnitentiam!*

1. Reg. 15. *Quæ nostra est pœnitentia, Frattes, ob quam Angeli collætentur? Vereor, ne sit pœnitentia Saul: Peccavi, ajebat ille, sed honora me coram senioribus. Bis dixit, Pec- cavi, (quod notandum est) nec indulgen- tiam promeruit, quam unum Peccavi Da- vid obtinuit: quia scilicet nunquam eum peccasse verè pœnituit; nã primã vice no- luit peccator haberi, ut advertit Bernar- dus, alterã verò pro peccato noluit satis- facere, quin ipsum Prophetam satisfacto- rem quaesivit: Sed nunc porta peccatum meum. O quor huic persimiles, qui cùm peccarint, nolunt peccatores haberi, nec pro suis peccatis aliquid pati, quin Con- fessarios suorum peccatorum bajulos volunt! O infelices acerbi funeris por- titores! Hi sunt hi sunt, qui faciunt fel- las pelliceas, quique consuunt pulvil- los, &c. Ezech. 13. 18.*

Indic. 10. *Veri pœnitentes, Judic. 1. dicebant: Peccavimus redde tu nobis quicquid tibi pla- cet, tantum nunc libera nos. Quia dicentes, omnia de finibus suis alienorum Deorum idola propecerunt, & servierunt Domino Deo. Per- fecta undequaque pœnitentia. Peccavi- mus: (confessio) Redde tu nobis quicquid ti- bi placet (satisfactio) Et dicentes hæc, omnia, &c. Propositum non peccandi, occasio- numque fuga. Et servierunt Domino Deo; vitæ correctio, ac emendatio. Quid mi- rum, quod indulgentia subsequatur? Qui soluit super miseris eorum.*

Luc. 7. *2. Reg. 12.* *Ambros. c. 2. Apolog. August. 2. de doct. Christ. cap. 21.* *Basil.* *Verus pœnitens, statim ac peccatum cognoscit, illud relinquit. Peccatrix il- la, ut cognovit, &c. David mox ut audi- vit: Tu es vir ille, statim ait: Peccavit; quod notat Ambros. Ille Rex rancus, ac potens, nec exiguo quidem momento manere penes se passus est delicti conscien- tiam. Er August. Quia in Davide im- moderata libidinis non permanio, sed transitus fuit, propterea etiam ab arguen- te Propheta ille illicitus appetens hospes vocatus est: At in Salomone non quasi hospes transitum habuit, sed regnum li- bidinis possedit. Basil. Peccavit David, sed tamen David erat, hoc est, divinæ co- operando gratiæ, statim ac peccatum vidit, à peccato recessit.*

2. Mach. 9. *Non sic Antiochus ille, qui totus erat in propositis de futuro. Civitatem optat li- beram reddere. Cur non reddit? Indæos aequales Atheniensibus se facturum pollicetur, templum sanctum, quod prius expoliaverat, optimis donis ornaturum, & sancta vasa mul- tiplicaturum, &c. Cui hæc omnia in præ- senti non præstat? Cur non ait: Reddo quædã plus? Super hoc & Indæam se factu- rum, & prædicaturum Dei potestatem. Quis nunc te prohibet? O si etiam hominis pœ- nitentiam! Spem multam habens effugiendã infirmitatem. Eo unde animi proposita. Huc facit Punct. 107. De verã pœnitentiã. p. 310. 2*

DOMINICA QVARTA POST Pentecost. Luc. 5.

*P*er totam noctem laborantes, nihil cepimus. Huc faciunt plura in Punct. 29. p. 126. 2. & seq. & in Punct. 110. pag. 321. 1. & seq.

Duc in altum. Ad Christum ascenden- tem in altum, adde cum Athanasio paulò antè allato, in altum Crucis. Cùm exalta- tus fuero à terrã, omnia traham ad meipsum. Tribulationes hujus sæculi, ut undæ salii, in altum subleventur. 192. 2. c. 662. 2. d.

Exi à me, Domine. Absit à te, Domine. Tunc Iesus dixit discipuli suis: Si quis vult venire post me, abneget semet ipsum, & tollat crucem suam. Chrysoftomus homil. 56. in

Index ad Conciones.

in Matth. Quasi dicat: Tu dicis: Absit à te, Domine. Ego autem dico tibi, quod non solum me prohibere à Passione nocivum tibi est, sed neque salvari poteris, nisi patiaris, & moriaris, & vitæ abrenuncies semper. Abnegare debemus nos, ne Christum abnegemus. Cum Christo in Cruce commoniamur, & moremur. pag. 687. & Punct. 26. Crucis bajulatio. 655. 2.

DOMINICA QUINTA POST Pentecosten. Matth. 5.

Quoniam, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Punct. 1104. De perturbationibus passionum, & præcipue de ira. pag. 321. 1. & seq.

Glossa.

Nisi abundaverit iustitia vestra plusquam Scribarum, & Phar. Glossa: Plus est diligere inimicos, quam non odisse, non capere, quam non adulterari, non irasci, quam non occidere. Diligere debemus inimicos, & orare pro ipsis. Punctum 30. Tractatus de Passione. p. 704. & seq. Immo benefacere illis debemus: Benefacite his, qui oderunt vos. Punct. 27. pag. 663. 1. Punct. 30. p. 704. 2. & seq.

DOMINICA SEXTA POST Pentecost. Marc. 8.

Misereor super turbam. Punct. 26. Quod Deus misericordiâ magis utitur, quam iustitiâ. p. 110. 1. Item, de elemosyna à p. 253. ad 273. 1.

Luc. 23.

Misereor super turbam. Sed turba in Passione sine misericordiâ. Exclamavit autem simul universa turba, dicens: Tolle hunc, & dimitte nobis Barabam. p. 687.

Marc. 14.

Erca jam triduo sustinent me. Sustinete hic, & vigilate mecum. Non potuistis una hora vigilare mecum? Multi socii mensa: in tribulatione autem recedunt. Punctum 9. Petri negatio. 568. 2.

Ececl. 6.

Vnde illos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? Punctum 23. Quantum Deo displiceat diffidentia. p. 94. 2.

Et manducaverunt, & saturati sunt. Quod mundi sequaces non saturantur. In Punctis 64. & 65. 221. 1. 223. 2.

Et saturati sunt. In Passione: Et satiati sunt panibus meis. Iob. Immo ipse Christus à turbis saturabitur opprobriis. Thren. 3. Punctum 13. Irrisiones. pag. 585. 1. & Punct. 14. Nocturnæ pœnalitates. 588. 1.

Iob. 16.

Thren. 3.

DOMINICA SEPTIMA POST Pentecost. Matth. 7.

Atendite à falsis Prophetis. De hypo-crisi, & duplicitate. pag. 72. 1. & seq.

Nunquid colligunt à spinis uvæ, aut de tribulis ficus? Chrysostomus homil. 19. Operis imperfecti: Sicut borra multa in se grana, ligno mediante, suspendit: sic Christus multos sibi fideles per lignum Crucis tenet adjunctos. Punct. 27. Crucifixio. 662. 1. Similiter & sicut sicca multa grana uno tegmine tener inclusa: sic & multos fideles quodam dulcis charitatis amplexu una tener Ecclesia, quam Christus sine maculâ vult, & sine rugâ. Propter maculam lavit Sanguine: propter rugam extendit in Cruce, ait Augustinus in Psal. 44. Vide Prologum, p. 52. 6. Ex spinis autem Christi rosæ, uvæ, ac fructus dulces nascuntur. Punct. 21. pag. 630. 2. 631. 2.

Chrysof.

Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, &c. Punct. 148. Pro æterno præmio laborandum. 458. 2.

DOMINICA OCTAVA POST Pentecost. Luc. 16.

Homo quidam erat dives, qui habebat villicum. Fusè de divitiis à p. 221. 1. usque ad Punct. 242. 2. inclusivè. Divitiarum non sumus domini, sed dispensatores. 146. 1.

Index ad Conciones.

- Redde rationem villicationis tuae.* O terribum efficac ad incutiendum timorem! Si Joseph apud dominum, qui nihil domi noverat nisi panem, quo vescabatur, quod est in Scriptura phrasi perinde, ac si diceretur, in utranque aurem dormiebat, nullius rei rationem exigens, quod innuunt alii qui vertunt: *Non novit mecum nisi panem*; quia tamen poterat aliquando vocari, & audire: O Joseph, *redde rationem*, in rationibus totus erat, (fuisse autem in rationibus, inde patet, quod sacer Scriptor ait: *Accidit quadam die, ut intraret domum, ut operis quidpiam absque arbitris faceret.* Alii: *Ut faceret opus suum*) quodnam hoc? Chald. *ut investigaret*, nota animi attentionem scripturas rationis. Quid erit, rationes non homini, sed Deo reddere?
- Gen. 39.*
- Alii.*
- Chald.*
- Dan. 5.* Ut illi apud Daniëlem compages renum solvebantur, & ad se invicem genua collidebantur! At quæ tanti causa tremoris? Digiti illi videbantur quasi torius vitæ; administratiq; regni, ebrièratum, sacrilegiorum, &c. rationes subducen-tes: *Inventus es minus habens.* Rationes non constant.
- Psal. 142.* Hoc timore percussus David: *Non invires, dicebat, in iudicium cum servo tuo: quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.* quod est, juxta Genebr. In jus, jurisque thronum ne mecum venias, sed misericordie. Ne mecum jure agito. Mecum misericorditer agi obsecro, non ex summi, & exacti juris formulâ, & præscripto: q. d. non exactè in eas rationem cum servo tuo: *Quia, &c.*
- Genebr. ibid.*
- Psal. 111.* De omni verbo otioso! *Ut referat unusquisque, prout gessit!* Donec reddat universum debitum! Nec veremur! & adhuc rationes involutas habemus! Nec amicos facimus, qui, cum defecerimus, recipiant nos in æterna tabernacula! Eleemosynâ, Fratres, rationes æquantur. *Incundus homo, qui miserecur, & commodat: disponet sermones suos in iudicio.* Sermones, ex Euthym. rationes, pag. 257. 1. 2. quia non ut suas, sed ut Dei facultates possedit.
- Qui in subducendis rationibus debitor invenitur, si sacculum pecuniarum*
- habeat, debitum mox creditori persolvit. *Eccles. 17.* Eleemosyna viri quasi signaculum. Alii: *Alii. Quasi sacculus enim ipso, ut scilicet, si quid rationibus desit, protinus, numerataque pecuniâ persolvat.*
- Eleemosynâ, eleemosynâ, ut dixi, rationes æquantur, quin etiam in suum commodum augentur. Apostolus. *Nulla mihi Ecclesia communicavit in ratione dati, & accepti, nisi vos soli, &c. non quia quanto datum, sed quanto fructum abundantem in ratione vestra.* Græcè, *In rationem vestram.* Ex D. Anselm. Vtitur hic Apost. metaphora rationarii libri; &c. Punctum 82: Cum misericordibus videtur Deus non exactè, sed obiter, ut dicitur, cursimque rationes exquirere. 264.2
- Facite vobis amicos, &c.* Fusè de eleemosyna. pag. & seqq. 253. 2.
- Dixit autem v. icus intra se: Quid faciam? fodere non valeo.* Vade ad Christum, qui est ager jam fossus, aratus, ac sulcatus. *Foderunt manus meas, &c. Supra dorsum meum araverunt arantes, produxerunt sulcum suum.* p. 600. 1. 662. 2. 663. 2. 671
- Mendicare erubesco.* Nos, qui mendici sumus, in ariditate spiritus à Christo, & à Sanctis postulemus. Punct. 34. p. 752. Pauper factus est Christus, & mendicus, ut illius inopiâ ditesceremus. Punct. 27. Crucifixio. 662. 1
- Christi paupertas in Passione, qui nudus fuit, ac derelictus ab omnibus. Punctum 18. Christi denudatio. pag. 611. 2
- DOMINICA IX. POST
Pentec. Luc. 19.
- Videns civitatem, flevit super illam.* Fuisse de lacrymis, Punct. 1. p. 1. & seq.
- Videns civitatem, flevit super illam. Noli te flere super me, sed super vos ipsas flere, & super filios vestros: quoniam ecce veniunt dies.* Glossa: Dies Romanae obsidionis, & captivitatis, &c. Glossa.
- Quia sic cognovisses & tu, &c. & non relinquent in te lapidem super lapidem, ed quod non cognoveris tempus visitationis tuae.* Punct. 27. In eos, qui Dei misericordia abutuntur.

Index ad Conciones.

cur. pag. 119. 2. Item de damnis, quæ infert peccatum. 508. 1. pag. & seqq.

Margin.
Glossa.

Quia venient dies in te, &c. Et ad terram prosterent te. Margin. Solo aquabunt. Non relinquent in te lapidem, &c. Glossa. Cum Jerusalem modò sit constructa extra portam, ubi Dominus crucifixus erat, apparet illam Jerusalem ex toto fuisse destruatam. Cui unde subversio contigerit, subditur: *Ed quòd non cognoveris tempus visitationis tuæ.* 646. 2.

Domus mea, domus orationis est: vos autem. &c. Punctum 18. De reverentia in oratione, ejusque domo. 64. 1

DOMINICA X. POST
Pentec. Luc. 19.

Dvo homines ascenderunt in templum. Pharisæo arroganti in templo similatur Judas. Ille orat in templo: iste in templum fertur: Peccari tradens sanguinem justum Ille recolit sua bona: iste retulit pecuniam. Ille decimas dabat: iste decimabat.

Publicano similis efficitur Petrus. Ille stabat à longè: Petrus Christum sequebatur à longè. Stabat ille timidus: iste timore negavit. Ille nolebat oculos ad cælum levare: timuit iste Christum predicare. Ille percutiebat pectus suum: iste ter Dominum negavit. Sed audi Glossam: Sicut humilis non audet appropinquare, ut ad eum Deus appropinquet: non aspicit, ut aspiciatur: premit eum conscientia, sed spes sublevar: percutit pectus, poenâs de se exigit, ut Deus ignoscat: ignoscit Deus, quòd ille agnoscat. *Respexit Petrus: Et egressus foras stetit am. 26. Descendit hic justificatus in domum suam ab illo.* Quia Judas noluit poenitere sui criminis.

Glossa.

Matth. 26.

Isaia 66.

Non sum sicut ceteri hominum. Quantum Deo displiceat superbia, quamque ei placeat humilitas, ex Publicano astimare licet, & Pharisæo. Ve respicit Publicanura! *Ad quem respicit Deus, nisi ad contritum spiritum? Sept. Nisi ad humilitatem? Ve elatum hanc Pharisæum à longè, torvoque, sic diximus, oculo cognoscit! O*

quanto odio elatos prosequitur! *Deus superbis resistit.* Chrylost. Hoc utitur verbo, quò vehementius odium declaret erga superbum. Psalm. 122. *Dominus iustus concidit cer vices peccatorum; per excellenciam, elatorum.* Cur cervices? Aug. Quia superbi omnes sunt cervicati. q. d. Plerumque manus, brachia, cruraque concidit; sed præcipuè cervicem. *Conquassabit capita in terra multorum.* Alii paraphrasticè: *Conquassabit capita superborum.* Aug. Resistebas ventosæ cervici meæ.

Iacobi 4.
Chrylost.
Psalm. 122.
Aug. 122.

In Gen. ut elati, & cervicosi illi! *Faciamus nobis civitatem, & turrim, cuius culmen pertingat ad cælum, & celebremus nomen nostrum.* Studium scilicet superborum est, Babylonem ædificare, hoc est, civitatem usque ad contemptum Dei. Et bene superbus, turris Babel est, & confusio: quia non ordinatur, nec subditur Deo, nec potestatis. Nunc attendite, qualiter eis Deus resistat. *Descendat Dominus, ut videret civitatem, & turrim, quam ædificabant filii Adam, (quod est, filii terræ,) & dixit: Venite, descendamus (quasi in persona) & confundamus, &c.* Verè, verè superbiâ comitatur confusio.

Psalm. 109.
D. August.
4. conf. 15.
Gen. 11.

Hinc Job: *Depone magnitudinem tuam Job 36. absque tribulatione,* hoc est, juxta D. Thomam, priusquam tibi tribulatio immitatur à Deo ad tuam humiliationem.

Mira illa statua, ut ictu lapidis prolapsa! Lutum lapillus ille tetigit, ac omnia in pulverem redegit. *Abominatio Domini est omnis arrogans.* Prov. 17. 5. David frontem illius percussit, & caput abscidit. *Quid sibi voluit? Deiecit exultationem Golia.* Ecclis. 47. 5. Humilis femella caput Holofernis concidit; Regis illius superbiâ confundit, qui nisi ab omnibus honoraretur, ab omnibus se quasi offensum vindicatum juravit. O superbiâ! *Tu humiliasti, sicut vulneratum, superbum.* Ve percussus in capite confusus!

Dan. 1.

Psalm. 58.

Hilaris ad illa verba, *Incepisti superbos.* Plurima, inquit, sunt humanorum vitiorum crimina: sed nulla magis provocantia in nos iram Dei, quam superbia.

Psalm. 118.
Hilar.

Index ad Conciones.

*Pfal. 18.
Chald.*

Nec solum Deus sed etiam homines, quin ipsimet superbi superbos odio habent. Inter superbos semper sunt iurgia. Quanto odio superbos prosequatur David! *Ab alienis parce seruo tuo.* Chald. *A superbis libera seruum tuum.* Huc facit Punct. 150 in quo de humilitate. p. 468. 1. & seqq.

Non sumsi: ut ceteri hominum, &c. Ieiunabis in Sabbato, &c. Punct. 21. De Iactantia. 80. 2

Et publicanus à longè stans, nolebat nec oculos ad calum levare. Punct. 18. De reverentia in oratione. 64. 1

DOMINICA VNDECIMA
post Pentec. Marci 7.

Aducunt ei surdum, & mutum. Obmutui, & humiliatus sum, & filii à bonis. Christus, ut nostras loquacitates expiaret, obmutuit. Hieronymus: Genus humanum surdum fit, dum audit; obmutescit, dum loquitur in Protoplasto, &c.

Matth. 27.

Et expuens tetigit linguam eius, & loquebatur rectè. Et expuentes in eum, illudebant ei, dicentes: Ave, Rex Iudeorum. Et ut ait Rabbi Salomon: Iudæi concitati contra Hur, quia noluit eis Deos facere, spiritus suffocantur. Abolenti hoc refert, & refutat in Exod. c. 32. q. 3. Sed verum est de hoc, quod fecerunt contra Christum Iudæi, milites que, ut ajunt Evangelistæ. Matth. 26. & 27. Vide Punctum 11. Conspuratio. 581. 2

Solutum est vinculum lingue ejus, & loquebatur rectè. Huc facit Punctum 115. De abnegatione auditus, ubi fusè de murmuracione, & vitio lingue. p. 349. 1

Et surdos fecit audire. Fusè de Inspiracionibus sub aurium metaphora. p. 295. 1

Et mutos loqui. Punct. 25. De Sacramento Pœnitentiæ. pag. 100. 1

DOMINICA DVODECIMA
post Pentec. Luc. 10.

Beatè oculi, qui vident, qua vos videtis. Qui verò vident vana, non sic. Punctum 114. De abnegatione visus. 345. 1

Diliges Dominum Deum tuum, &c. Et proximum tuum, sicut teipsum. Punct. 111. ubi de proximi, ac Dei amore. 327. 2

Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, &c. Samaritanus (custos) alligavit vulnèra ejus, infundens oleum, & vinum.

Interlin. Calicem suæ Passionis. Et imponens illum in jumentum suum. *Vt jumentum factus sum.* August. lib. 2. quæst. 2.

Interlin. Calicem suæ Passionis. Et imponens illum in jumentum suum. *Vt jumentum factus sum.* August. lib. 2. quæst. 2. evangel. Jumentum caro ipsius, quâ ad nos venit, in qua saucium imponit, quia peccata nostra portavit in corpore suo.

Vnde Exodi 4. *Tulit ergo Moyses uxorem suam, & filios suos, & imposuit eos super asinum.* Interlin. Super asinum, qui est asinus fortis, qui peccata nostra portavit.

Punctum 26. Crucis bajulatio. 655. 1

Samaritanus autem quidam, &c. misericordiâ motus est. Punctum 81. De nonnullis defectibus in erogandâ elemosynâ. pag. 261. 2. De operibus misericordiæ, videlicet de hospitalitate. p. 277. 1.

De visitandis infirmis. 283. 2

DOMINICA XIII. POST
Pentecosten. Luc. 17.

Occurrerunt ei decem viri leprosi. De peccato, quod lepra est immunda. pag. 512. 1. & seq.

Occurrerunt ei decem viri leprosi. Qui steterunt à longè, &c. Ite, ostendite vos Sacerdotibus. Christus ostensus à Pilato Sacerdotibus. *Exiit ergo Iesus foras, portans coronam spineam, & purpureum vestimentum, & dicit eis: Ecce homo.* Joan. 19.

Levaverunt vocem dicentes: Iesu Præceptor, misere nostri. Cùm ergo vidissent eum Pontifices, & Ministri clamabant dicentes: Crucifige, crucifige eum. Quæ contrarietas! Amici mei, & proximi mei adversum me appropinquaverunt, & steterunt. Psal. 37. Psal. 37.

Hieron. Chari mei, & proximi mei, quasi contra lepram meam. Chald. E regione vulnèris mei steterunt. Et qui iuxta me erant de longè steterunt, & vim faciebant, qui querebant animam meam.

Vnus autem ex illis, ut vidit, quia mundatus est, egressus est cum magna voce magnificans Deum. Hic autem: At illi instabant vocibus magnis, ut crucifigere tur. Egredebatur

Index ad Conciones.

Psal. 40. *Luc.* 23. *Psal.* 30. *batur foras (Pilatus,) & loquebatur in idipsum. Iterum autem Pilatus loquutus est ad eos, volens dimittere Iesum. Luc. 23.*

Et cecidit in faciem antepedes eius, gratias agens. Non est inventus, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Psal. 30. Qui videbant me, foras fugerunt à me. Oblivioni datus sum, tanquam mortuus à corde. Punct. 23. Ecce homo. p. 643.2

Nomine decem mandati sunt, & novem ubi sunt? Punctum: 56. De gratiarum actionum debito, & gratitudine, & ingratitudine. 501.2

DOMINICA XIV. POST
Pentec. Matth. 6.

Non potestis Deo servire, & Mammona. Punct. 66. Cupidi misera servitute serviunt divitiis, ac proinde non sunt domini, sed servi devincti catena divitiarum. p. 228. 1. Item Punct. 75. Divites sunt curis agitati. p. 228. 1. supra, & infra fuscè de divitiis. 239.1

Ne solliciti sitis anima & vestra, &c. Punct. 78. De affectu libero, & à terroris evulso. 244.2. Item de abiicienda rerum sollicitudine, plura in Punctis 60. 61. & 62.

Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate liliam convallium, nudum. Aperi mihi, soror mea sponsa. Expoliavi me tunica mea. Super vestivir se, & cum aperiret dilecto, ipse discesserat. Sed cur? Bernardus ait: Volebat animas nudas, id est, sine affectu terreno, implicatas minimè, evulsas à mundanis rebus. Punct. 18. Christi denudatio. 609.1

Considerate lilia agri. Christus est flos campi, & liliium. Sed liliium reclusum: ac in Cruce liliium expansum. p. 376. 1

DOMINICA XV. POST
Pentec. Luc. 7.

Ibat Iesus in civitatem, qua vocatur Naim: & ecce defunctus, &c. Punct. 135. De utilissima consideratione mortis. pag. 385. 1. Item Punct. 136. De brevitate hujus vitæ, & quam citò mors veniat. p. 390. 2. *Psalmi 9, titulus: Pro occultis filii. Aquila*

la: Pro adolescentia filii. Hieronym. Pro morte filii. Adolescentia, & mors serè idem. Fuscè de morte, locis citatis.

Et accessit, & tetigit loculum. Accessit, cum crucifixus fuit in ligno: & inde homines resurrectionem habent. Ambrosius loquens de juvene illo jam mortuo: Spem, ait, resurgendi habebat, quia ferebatur in ligno. Quod etsi non ante non proderat, tamen posteaquam Iesus id tetigit, proficere cepit ad vitam, ut esset indicio, salutem populo per Crucis patibulum refundendam. p. 655. 1

Et dedit illum matri sue. Ita nos in Joanne dati sumus matri propriæ Mariæ: Mulier, ecce filius tuus. Ecce Mater tua, Et ex illa hora accepit eam Discipulus in sua. Punct. 32. super his verbis. pag.

DOMINICA XVI. POST
Pentec. Luca 14.

Et ecce homo quidam hydropicus. Punct. 65. Aqua bonorum temporalium cordis humani sitim non extinguì, & quam sit ardens hæc sitis, &c. pag. 223. 2. Et in seqq. fuscè de avaritia.

Et ipsi observabant eum. Matth. 27. Et sedentes servabant eum. Observa tu, & serva, quæcunque vides, & audis iuxta crucem positus. Discite lectionem humilitatis à Magistro tuo Christo, tanquam in cathedra sedente, ac legente. Sede & tu, ut sedendo fiat prudentior.

Recumbe in novissimo loco. Christus novissimus virorum recubuit in novissimo loco, cum humiliatus est usq; ad mortem. p. 668

DOMINICA XVII. POST
Pent. Matth. 22.

Diliges Dominum Deum tuum, &c. August. Cum dicit: *Toto corde, tota anima, tota mente. nullam vitæ nostræ partem relinquit, quæ vacare debeat, & quasi locum dare, ut alia re frui velit.*

Moyse

Index ad Conciones.

- Exod. 10. Moyses ad Pharaonem: *Cuncti greges pergent nobiscum: non remanebit ex eis ungula, quæ necessaria sunt in cultum Dei nostri.* August. ad illa verba, *Holocausta in conspectu meo sunt semper.* Holocaustum, ait, est sacrificium, quod totum igne consumitur. Talia holocausta in conspectu Dei sunt semper.
- Psal. 49. *Dirisum est cor eorum, nunc interibunt.* Ut perfectum, ac integrum holocaustum David! *Quid mihi est in celo, & à te quid volui super terram?* Hebr. *Quid tecum volui in terra?* Chald. *Tecum socium non volui in terra.*
- Osee 10. *Dirisum est cor eorum, nunc interibunt.*
- Psal. 72. *Dirisum est cor eorum, nunc interibunt.*
- Ezech. 40. Ezechiel: *Et mensus est thalamum uno calamo in longum, & uno calamo in latum.* Vbi Gregor. *Qui sunt in sancta Ecclesia thalami, nisi eorum corda, in quibus animæ per amorem Sponso invisibili junguntur? Sed angustum est stratum, ita ut alter decidat; & breve est pallium, ita ut duos operire non possit.*
- Cant. 3. *Pone me ut signaculum super cor tuum. Ordinavit in me charitatem.* Nonnulli ex Hebr. *Insignivit in me charitatem,* q. d. *Posuit in faciem meam signum, ut nullum præter eum amatorem admittam.* Ozeolorypum! Hinc idolum evertit, nec fieri potest, ut inordinatum ullum amorem admittat. *Ex toto, ex toto corde.* Vnde Augustin. *Minus te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat.*
1. Reg. 5. *Templum illud magnificentum Salomonis non solum intrinsecus, sed extrinsecus auro contectum erat: non solum Sanctum Sanctorum, sive interiorem oraculi partem; sed & domum ante oraculum vestivit, & operuit auro purissimo, ipsosque Cherubim textit auro, sed & pavimentum domus textit auro, intrinsecus, & extrinsecus: duo quoque ostia ad ingressum oraculi textit auro: Nihilq; erat in templo, quod non auro tegetur.* Quid, quod affixit laminas clavis aureis? Mysticum id totum erat: *Templum Dei, sanctum est, quod estis vos.* Undique scilicet aurum charitatis, in omnibus animæ potentiis intrinsecus, extrinsecus. O si etiam clavi essent aurei, ut diceremus: *Confige amore tuo carnes meas! Ut his confixus*
- Apostolus! *Quis nos separabit à charitate Christi? &c.* Ut his etiam David! *Adhæsit.* Augustinus: *Agglutinata est anima mea post te.*
- O beatas animas confixas clavis non tam timoris, quam amoris! O beatas animas transfixas sagittis charitatis, ut dicant: *Amore languo,* vel, cum Orig. *Vulnerata charitate ego sum!* Hæ, subdit Orig. *amore Dei faucibus, diurnis desideriis, nocturnisque suspirant: aliud loqui non possunt, audire aliud non volunt, cogitare aliud nesciunt, desiderare aliud præter ipsum, vel sperare non liber.* Anima in tam felici egritudine constituta dicit optimè: *Vulnerata charitate ego sum,* & ab illo vulnus accepi, de quo Isaias: *Posuit me quasi sagittam electam.* Tali vulnere decet Deum percutere animas, ac salutaribus vulneribus sauciare
- O charas Dei sagittas! *Si dixero: Ecce sagitta intra te sunt, tu veni ad me, quia pax tibi est. Si autem dixero: Ecce sagitta ultra te sunt, vade, quia dimisit te Dominus, vel amandavit te Dominus.* Quod mysticè est: Si sagittæ amoris, & charitatis intus in anima fuerint, ut erant in Augustino dicente: *Sagittaveras tu, Deus, cor meum charitate tua: Pax tibi est securitatis, atq; electionis signum habes.* At si ultra te sunt, si non manes in charitate, reprobationis. *Dimisit te Dominus, amandavit te Dominus.* Huc facit Punct. 8. De orationibus jaculatoriis. 206.2
- Diliges Dominum Deum tuum. Dominum.* Domino huic amore, & charitate servimus, servis ille spontancis delectatur, obsequia cordis ei placent. Mundi dominis ò quàm diversa ratione servite oportet! Huc facit Punct. 29. Quod vana est omnis fiducia, quæ non collocatur in Deo, sed vel in hominibus, vel in divitiis, vel in Principibus. pag. 126. 2. 2. *Deum dignum omni dilectione ex his, qui in se habet, bonitatem, pulchritudinem, &c.* *Tuum: ex eo, quod tibi est.* Psal. 49. *Audi, popule meus, Deus, Deus tuus ego sum.*
- Qui te ab Ægyptiicâ servitute liberavi, subdit Theod. qui per mare viam aperui,

Index ad Conciones.

rui, qui in solitudine pavi, &c. Huc faciunt Puncta de Beneficis, ap. 465. 1.

Ierem. 2.

O ingratum, qui hunc Deum tuum non colis! Quid inveniunt patres vestri in me iniquitatis, quia elongaverunt à me, & ambulaverunt post vanitatem, & vani facti sunt &c. Propterea ad hunc iudicio contendam vobiscum, ait Dominus, & cum filiis vestris disceptabo. Transito ad insulas Cethin, & videte: & in Cedar mittite, & considerate vehementer (quod alii vertunt, diligentissime) & videte, si factum est huiusmodi. Si mutavit gens Deos suos: & certe ipsi non sunt Dii: populus vero meus mutavit gloriam suam in idolum. O quoties, ô quoties idolum illud carneum, vero Deo contempto, tuo Deo posthabito coluisti!

Alii.

Deut. 13.

Sed audi, quid tibi gravissimis verbis dicat Deus: Si surrexit in medio tuis Prophetes, aut qui somnium vidisse se dicat, & dixerit tibi: Eamus, & sequamur Deos alienos, quos ignoras, & serviamus eis, non audies verba Prophetæ illius, aut somniatoris: quia tentat vos Dominus Deus vester, ut palam fiat, utrum diligatis eum, an non in toto corde, & in tota anima vestra. Dominum Deum vestrum sequimini, & ipsum timeatis, & mandata illius custodite, & audite vocem ejus: ipsi servietis, & ipsi adharebitis. Propheta autem ille, aut fictor somniorum interfi totur: quia locutus est, ut vos converteret à Domino Deo vestro, qui eduxit vos de terra Egypti, & redemit vos de domo servitutis. Ad hæc: Si tibi voluerit persuadere frater tuus, filius matris tuæ, aut filius tuus, vel filius, sive uxor, quæ est in sinu tuo, aut amicus, quem diligis ut animam tuam, dicens: Eamus, & serviamus Diis alienis: non loquaris ei, nec audias, neque parcat ei oculus tuus, ut miserearis, & occidat eum, sed statim interficiat. Sit primam manus tua super eum, & post te omnis populus mittat manum. Expulsi: obrutus necabitur, quia voluit te abstrahere à Domino Deo tuo, qui eduxit te de terra Egypti, & de domo servitutis. Tandem: Si audiveris in uno urbium tuarum, quas Dominus Deus tuus (nota semper verbum illud, tuus) dabit tibi ad habitandum, dicentes aliquos: Eamus, & serviamus Diis alienis, quos ignoratis, quare sollicitus, & diligenter rei veritate perspecta, si invoceris, certum esse, quod dicitur: *Speranza Scriptura selecta.*

tur, &c. statim percutias habitatores in bā illius in ore gladii, & delebis eam, omniaque, quæ in illa sunt, usque ad pecora, &c. & si civitas sempiterna non adscabitur amplius, &c.

Diliges Dominum Deum tuum. Osiave dilectionis præceptum, quo peccata de-
lentur! Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Vbi Petrus Raven-
nas: Ama ergo, homo, Deum, & amato-
totus, ut omnia possis sine labore vincere, & delere peccata. Teneat militis, & delicat, confictus est, amore solo de cunctis criminibus victoriam reportare. Pro hac Dominica facit Punct. 111. de abnegatione amoris proprii, & de proximi, ac Dei amore. 327.2

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. Quia prior dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. Christi charitas in Passione. Punct. 27. Crucifixio. 662.1

Neque ausus fuit quisquam ex illa die eum amplius interrogare. Interlin. Sed aperte comprehensum tradunt Romanæ potestati. Quasi dicat: Postea isti dicunt, Sap. 2. Contumelia, & tormentis interrogamus enim, ut sciamus reverentiam ejus, & probemus patientiam illius. Punctum 27. Crucifixio. præcipue pag. 662

DOMINICA XVIII. POST
Pentec. Matth. 9.

Ascendens Iesus in naviculam. Chrysologus sermone 50. Nonne hic est, qui Petri pedibus marinos vortices inclinavit, ut iter liquidum humanis gressibus solidum præberet obsequium? Christus venit suscipere infirmitates nostras, & suas vobis conferre virtutes, accipere injurias, reddere dignitates, ferre tædya, referre sanitates. (Morte sua vitam præstare.)

Tolle lectulum tuum. Idem ibidem: Hoc est, porta portantem. Paralytici lectus, illi crux erat: cum crucem portamus, portantem portamus. Punct. 26. Crucis bajulatio. 655.1

Cum vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit: Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Fusè de cogitationibus à p. 37. 2.

54.1

f

DOMI-

Index ad Conciones.

DOMINICA XIX. POST

Pentec. Matth. 22.

Nuptie quidem paratae sunt. Glossa: Omne sacramentum Incarnationis peractum est: Nativitas, & Passio, &c.

Vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Charitate, scilicet. Gregorius: Quia ea indurus Christus ad nuptias venit, quando ex charitate incarnari voluit, cum qua & mortuus est. Punct. 27. 662.

Quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem? Punctum 152. De preparatione, ac improprietate accedentium ad Eucharistiam. 478.2

At ille obmutuit. Punctum 130. De horrore iudicii super peccatorem in morte. 403.2

Ligatis manibus, & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. Fusè de Inferno à pag. 432. 2.

Multi sunt vocati, pauci vero electi. Punct. 147. De paucitate salvandorum. 447.1

DOMINICA XX. POST

Pentec. Ioan. 4.

Hebr.

Erat quidam Regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Capharnaum, villa consolationis. Quis in deliciis, ac mundi consolationibus non infirmus? Vidua in deliciis vivens mortua est. Punctum 106. De sui ipsius abnegatione, & mortificatione. 308.1

Isa. 26.

Alii.

Abiit ad eum, & rogabat eum, ut descenderet, & sanaret filium eius. O quam verum illud: In tribulatione murmuris doctrina tua eis! Alii: Correctio tua docuit orare eos. Punct. 43. Tribulatio ad Deum adducit. 168.1. Item Punct. 41. de Tribulationum effectibus 107.1. & supra, & infra fusè de Tribulationibus.

Descende, priusquam moriatur filius meus. Descende de Cruce, & credemus tibi. Punct. 26. Crucis bajulatio. 655

Credidit ipse, & domus eius tota. Glossa: Non alii cives, in quo paucitas fidei Iudaeorum signatur, quamvis signa vide-

runt. In Crucifixione aliqui convertuntur. Punct. 29. Tenebrae. 699

DOMINICA XXI. POST

Pentec. Matth. 18.

Oblatus est ei unus. Sed Christo non invito, ut hic factum est: sed Oblatus est, quia ipse voluit. Isaia 53. quamvis dicat Pilatus: Oblivisti mihi hunc hominem. In Prologo. p. 529

Institit eum Dominus venundari. In servum venundatus est Ioseph. Psalm. 104. Sed ab alio Iuda venundatus est Iesus, non in servum, verum in mortem. Gen. 37. Dixit ergo Iudas: Melius est, ut venundetur. Severianus: Oportet venditionem Ioseph per Iudam fieri, quod & Dominus noster à Iuda venditus sit. Punctum 1. Trinita argenteorum pretium vile, & indignum. pag. 531. Item Punctum 6. Iudae proditio. p. 551

Psal. 104.

Gen. 37.

Severianus.

Prociens autem servus ille. Hic, non servus, sed Dominus prociens in faciem orans, & dicens: Pater mi, &c. Punct. 2. Tristitia, & horror in horro. pag. 534. Item Punctum 4. Agonia, & sudor sanguinis. p. 545

Omne debitum dimisti tibi, quoniam rogasti me. Punctum 25. De divina misericordia in peccatores. 100.1

DOMINICA XXII. POST

Pent. Matth. 22.

Civis est imago haec, & superscriptio? Punct. 149. De beneficiis. 465.1

Reddito ergo, qua sunt Caesaris, Caesari. Quomodo ergo dicitis: Hunc invenimus subvertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Caesari, & dicentem se Christum Regem esse. Luc. 23. Interlin. Cum ipse dixerit: Reddite, qua sunt Caesari, Caesari, & qua sunt Dei, Deo?

Luc. 23.

Interlin.

DOMINICA XXIII. POST

Pentec. Matth. 9.

Ecce Princeps unus accessit ad Iesum, & adorabat eum, dicens, &c. Et ecce mulier, qua sanguinis fluxum pariebatur duodecim

Index ad Conciones.

decim annis. Punct. 127. De his, qui præ nimio vitæ desiderio, nimia sanitati student. 395.2

Filia mea modo defuncta est. Punct. 126. De brevitate hujus vitæ, & quàm citò mors veniat. 390.2

Et turbam tumultuantem. Punct. 10. Cogitationes sunt turba illa tumultuans. 46.1

Luc. 23.

Deridebant eum. Et deridebant eum Principes cum eis. Lucæ 23. Punctum 13. Irrisiones. 385.2

Ut tenuit manum ejus. Glossa: Nisi prius manus Iudæorum, quæ sanguine plenæ sunt, mundatæ sint à morte, non resur-

gunt. Punctum 24. Ablutio manuum. 646.

DOMINICA XXIV. POST Pentecosten. Matth. 24.

Utm videritis abominationem desolationis. Punct. 157. Peccatum summa est abominatio. 508.1

Stantem in loco sancto. Punctum 69. Quantum indignetur Dominus contra eos, qui spiritum profiteantur, dum videt in eis aliquid avaritiæ. 232.2

Tunc parebit signum Filii hominis, &c. Interlin. Signum Crucis, ut videant, in quem transfixerunt. Punct. 37. De quinq; plagis. 768



INDEX
AD CONCIONES,
DE SANCTIS.

IN FESTO S. ANDREÆ
Apost. 30. Novembris.



Celestiaci 23. Gloria magna est sequi Dominum.

Job. 23. Vestigia illius secutus est pes meus, viam ejus custodivi, & non declinavi ab ea.

Gen. 32. In baculo isto (crucis) transivi Iordanem (passionis)

Judic. 7. Loquere ad populum, & cunctis audientibus prædica.

Judith. 6. Ligaverunt Achior (ed quod veritatem prædicaret) ad arborem manibus, & pedibus, & sic vinculum de rellibus dimiserunt illum (quem filii Israël exsolverunt, quod & populus fecisset cum Andrea, nisi orasset, ne suam impedirent passionem.)

Cant. 8. Ascendam in palmam, & apprehendam fructus ejus. Ascendam (b qualis voluntas patiendi! Diu desiderata, sollicitè amata, &c.) in palmam, (crucem, quia virtutem sanctæ Crucis agnovi) & apprehendam fructus ejus (gaudia Paradisi. Apoc. 12. Et lignum afferens fructus duodecim, id est, duodecim gaudia Paradisi.) Sic D. Thomas seum. 2. de S. Andrea. Huc D. Thomas. faciunt Punct. 47. 48. 49. 50. & 51. à pag. 182. 1.

3. Reg. 18. Et ecce nubecula parva ascendebat de mari, (à radiis oculorum justitiæ Solis elevata.) Erce cali contenebrati sunt (tempore Passionis.) Et nubes, & ventus (in die Pentecosten) & facta est pluvia grandis (prædicationis) Pro hoc thomate plura in Præfat. de verbo Dei.

Matth. 4. At illi continuo relictis retibus, secuti sunt eum. Utinam tu aliquando tua relin-